1162 In nomine sancte et individue trinitatis amen. Ego ludovicus dei gratia francorum rex. Notum facimus universis presentibus pariter et futuris quod Johannes de crisbolio et soror eius albreda feodum quod de feodo rogeri de pensiaco apud Rodoniacum tenebant ipsi rogero et uxori eius Juliane et infantibus eorum liberum et quietum et absque calumpnia reddiderunt. et ipse rogerus et iam dicta uxor eius et filii. hugo saliver de Senlis. et symon vetnellus idem feodum in elemosina fratribus templi libere et quiete habendum concesserunt in presentia multorum salvo quidem servicio suo. videlicet quod in festo nativitatis sancte marie fratres templi Rogero et heredi suo sex anseres annuatim dabunt. Quod nos quidem auctoritate regia concedimus et scripto et sigillo nostro confirmamus adiecto nominis nostri karactere. Actum parisius publice. Anno incarnati verbi. m°. centesimo. lxii. Astantibus in palatio nostro quorum asscripta sunt nomina et signa. Signum comitis theobaldi dapiferi nostri.

Signum guidonis buticular. P O L L S Constabulario nullo.
Signum mathei camerarii.
Data per manum hugonis H cancellarii et episcopi suessionen.

1223 De quitatione domini ludovici regis quod habebat in parrochiis de drauello et de vinolio quam fecerunt ecclesie beate genovefe domina cattallona et duo eius filii.

1223 Ludovicus dei gratia francorum rex. Noverint universi presentes pariter et futuri quod nos cartam dilecte et fidelis nostre cattallone et dilectorum et fidelium nostrorum Balduini de corbolio et milonis canonici parisiensis filiorum eiusdem vidimus in hec verba. Nos domina cattallona. Dominus balduinus miles et dominus milo canonicus parisiensis filii eiusdem domine cattallone notum facimus tam presentibus quam futuris quod nos de querelis que vertebantur inter nos ex una parte et abbatem et conventum sancte genovefe parisiensis ex altera videlicet pressuragio vinearum in parrochiis de drauello et de vinolio factarum et faciendarum. exactionibus et talliis quas exigebamus ab hospitibus suis in predictis parrochiis commorantibus et etiam iusticia dicto [illegible] infra fines dictarum parrochiarum. Tandem mediantibus bonis viris scilicet domino hugone de ategiis ballivo domini regis in quem nos et predicti abbas et conventus de predictis querelis compromiseramus. Terrico de corbolio et Bertaudo preposito corbol. pacem fecimus cum abbate et conventu predictis in hunc modum scilicet quod nos pro bono pacis et ob remedium animarum nostrarum predictis abbati et conventui quitavimus in perpetuum quicquid iuris in predictis vineis pressuragio et [illegible] habebamus libere quiete et pacifice possidendum. salva tamen nobis garenna sicut antea habebamus. Ita videlicet quod de cetero hospites eorum et colones infra fines dictarum parrochiarum commorantes exactionibus vel quibuslibet aliis modis non possumus gravare. seu in aliquo molestare. nisi nobis forisfecerint extra territorium abbatis et conventus predictorum. Licet etiam eisdem hospitibus tallias imponere. vel ab eis exigere. nisi sint homines nostri de corpore. Ut autem predicta omnia rata sint in perpetuum et firma presentem cartam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Actum parisius in curia sancti eligii Anno domini M. CC. vicesimo tertio. Mense marcio. in festo sancti benedicti. Nos vero ad petitionem partium predictas conventiones testificamur salvo iure nostro et alieno. Actum meleduni. Anno domini M. CC. vicesimo tertio. Mense marcio. [illegible]

De iuramento quod fecit Nicholaus filius defuncti pagani super maioria de Soysiaco.

novembre 1225

l [L]udouicus dei gratia francorum rex. Noverint universi presentes pariter et futuri. quod Nicholaus filius defuncti pagani de Soysiaco in presentia amici et fidelis nostri Gar. siluanectensis episcopi francorum cancellarii. tactis sacrosanctis iuravit quod nec ipse nec heredes in maioria Soysiaci aliquid de cetero iure hereditario reclamabunt. Set ad vitam suam eam tantummodo dictus nicholaus tenebit. et post decessum eius ad ecclesiam beate genouefe de monte par. sine aliqua heredum suorum reclamatione libere revertetur. In cuius rei testimonium ad petitionem dicti nicholai presentem paginam sigilli nostri auctoritate fecimus muniri. Actum paris. anno domini. M°. CC°. vicesimo Quinto. mense Novembri.

De commutatione facta inter canonicos beate genouefe et monachos beccenses.

h [H]enricus Dei gratia rex angl. et dux normannorum Stephano decano et universo conventui canonicorum ecclesie sancte genouefe salutem. Notum sit vobis et omnibus fidelibus quoniam ego concedo et presentibus litteris confirmo commutationem que facta est inter vos et beccenses monachos videlicet ut vos habeatis et perpetuo iure habeatis et possideatis quicquid beccenses monachi habebant apud villam abrolium et apud urbem parisius. Et beccenses monachi habeant similiter et perpetuo iure possideant quicquid vos habebatis apud Vernum castrum. et apud villam carmilliacum. Vale.

De quitatione iuris et dominii. census et iustitie quod habebant fratres militie templi in territorio de Roonio. facta ecclesie beate genouefe par. a fratre Oliuero de Ruppe domorum militie templi in francia preceptoris. de consensu fratrum suorum.

Juin 1224

l [L]udouicus dei gratia francorum rex. Noverint universi presentes pariter et futuri. nos vidisse litteras dilecti nostri fratris oliueri de ruppe domorum militie templi in francia preceptoris sub hac forma. Frater Oliuerus de ruppe domorum militie templi in francia preceptor. omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Noverit universitas vestra quod nos de consilio et assensu fratrum nostrorum quitavimus et concessimus libere abbati et conventui beate genouefe imperpetuum quicquid iuris et dominii. census et iustitie habebamus in toto territorio infra fines parrochie de Roonio. excepta masura anthelmi. in qua masura nos habemus et habebimus plenum dominium cum omni iustitia et libertate. excepto quod si aliquis vel aliqui de

uilla de Roonio uel de hominibus uel de hospitibus dictorum abbatis et conuentus undecumque sint homines uel hospites eorum ad predictam masuram aliqua de causa confugerint: nos tenebimur eos de predicta masura emittere. in qua masura plures domus quam due que modo in ea sunt non poterunt in futuro haberi nec poterunt in eis nisi tantum due familie habitare. Siqui autem extranei qui non sint de uilla de Roonio uel de hominibus uel hospitibus eorumdem abbatis et canonicorum undecumque sint aliqua de causa confugerint ad masuram ancheri predictam: licebit nobis eos recipere et garentire in ipsa masura. Concessimus etiam dictis abbati et conuentui imperpetuum libere et pacifice dominium. ius et censum totam iusticiam totius terre arabilis apud Montrel. quam fratres de Viceniis grandimontensis ordinis tenebant ad censum: unius anseris. Ita quod ipsi fratres de Viceniis uel quicumque alii possiderint terram illam: tenebunt eam a dictis abbate et conuentu. Concessimus insuper ipsis dominium. decimam. censum trium solidorum et vii. denariorum annuatim. et totum ius quod habebamus in terra arabili apud Montrel sita. que uocatur Boruskin. que tenebatur a nobis ad censum predictum. et quod in aliis terris siue uineis qualecumque possidebamus in toto territorio infra fines parrochie de Roonio. uel siquid in predictis locis in posterum acquisierimus: non permittemus nec sustinebimus aliquem uel aliquos hospitari. nec aliquo tempore dabimus eis siue preter eorum masuras uel domos construendas. Preterea sciendum quod retinemus nobis uineas quas habemus iuxta pressorium nostrum. et uineas quas tenent a nobis dominus Johannes cantor sancti pauli de sancto dyonisio et symon morel in eodem loco. cum omni iure. iusticia et dominio earumdem uinearum. Ita tamen quod easdem uineas non poterimus dare ad masuras aliquas uel hospites ibidem recipiendos. Retinemus et omnes uineas quas tenemus a supradictis abbate et conuentu ad censum in predicta parrochia. Salua ipsis iusticia. iure et dominio suo sicut habent in aliis censiuis suis. Nec nos poterunt cogere ad uendendum uel alienandum uineas supradictas. Predicti uero abbas et conuentus in excambium omnium predictorum concesserunt nobis totam censiuam quam tenebant ab ipsis heredes domini Guilli de Garlandia defuncti ad capitalem censum quatuor solidorum et vi. denariorum. que censiua sita est in ciuitate parisiensi. iuxta ecclesiam sancte genouefe parue. quam includunt termini subnotati. uia que protenditur

ab ecc(lesi)a b(eat)e marie v(er)sus paruum pontem que dicit(ur) vic(us) nouus ex parte una. (et) uicus qui dicitur largecterie ex parte altera. Ex parte uero s(an)c(t)e genouefe parue. via que protenditur per ecc(lesi)am s(an)c(t)e genouefe parue in uicum qui dicit(ur) largecterie (et) ex parte opposita via que protenditur a paruo ponte versus iudeariam. quitantes nobis quicquid iuris dominii (et) redditus h(ab)ebant in d(ic)ta censiua libere quiete (et) pacifice perpetuo possidendum. nichil sibi penit(us) retinen tes. Hoc autem promittimus nos firmit(er) obseruaturos. non obstantib(us) priui legiis uel instrumentis super hoc ab utraq(ue) parte h(ab)itis uel habendis. impetra tis uel impetrandis. Act(um) Anno domini. m. cc. vicesimo quarto. Mense Junio. Nos (ve)ro ut p(re)missa perpetue stabilitatis robur optineant p(re)sentem pa ginam ad petitionem partium sigilli n(ost)ri auctoritate. saluo iure n(ost)ro (et) salua iusticia n(ost)ra (et) fecimus communiri. Act(um) paris(ius). Anno incarnationis dominice. m. Ducentesimo. Vicesimo quarto. Mense Junio.

De datione .xiij. den(ariorum). per annum fc(t)a ecc(lesi)e b(eat)e genouefe. a. G. comite melt.

C(omes) mell(enti). prepositis (et) ministris (et) omnib(us) hominib(us) suis de paris(ius). salutem. Sciatis me dedisse (et) in perpetua elemosina concessisse de meo redditu de paris(ius). tredecim den(arios) per annum ecc(lesi)e dei (et) beate genouefe de monte. (et) firmiter p(re)cipio ut plenarie (et) bene (et) honorifice habeat illos annis singulis (et) in die nat(alis) d(omi)ni uel in crastino reddantur. T(estibus). Will(elm)o de pinu (et) Rad(ulfo). de monte. aoquen. (et) Geruasio de melt.

De manumissione hominum de borreto.

fevrier 1244 In nomine s(an)c(t)e (et) indiuidue trinitatis Amen. Ludouicus dei gr(ati)a francorum rex. Nouerint uniu(er)si p(re)sentes pariter (et) futuri nos uidisse litteras abbatis (et) conuentus s(an)c(t)e genouefe par(isiensis) sub hac forma. Uniu(er)sis p(re)sentes litteras inspecturis fr(ater) Rob(ertus) b(eat)e genouefe par(isiensis) abbas licet indignus. totusq(ue) eiusdem ecc(lesi)e humilis conuent(us) eternam in domino salutem. Nouerint uniu(er)si q(uod) cum int(er) nos ex una parte (et) homines ville n(ost)re de borreto. uxores (et) liberos eorumdem ex altera contentio h(ab)eretur super eo q(uod) iidem homines dicebant nos sibi iniuriari in hoc q(uod) p(ro)hibere nitebamur eos de bonis suis legata facere (et) matrimonia libere con

trahere. nobis dicentibus dictos homines manumortuam et forismaritagium nobis
debere. hominibus ista negantibus. Tandem huiusmodi contentio finita est in hunc mo
dum. videlicet quod nos abbas et conuentus in totum renunciamus manuimortue et
forismaritagio supradictis. volentes ipsos homines heredes ac posteros eorumdem
super eis imperpetuum liberos et immunes. Pro hac autem faciendo uilla de borreto
uolens parcere laboribus et expensis: quadraginta libras parisiensium annui redditus singu
lis annis imperpetuum in festo sancti martini hyemalis nobis soluere tenebuntur.
quas super domos. terras. et uineas et alia bona sua mobilia et inmobilia. ha
bita et habenda assignarunt. Ita etiam quod ad quamcumque manum tenentes
territorii de borreto sancte genouefe deuenient: cum isto onere transibunt. premit
tentes pro se heredibus suis et posteris. quod singulis annis imperpetuum statuto
termino summam prenotatam nobis apud borretum absque contradictione qua
libet totaliter exsoluent. Voluit etiam et concessit uilla de borreto. quod si in so
lutione huius summe uel in totum uel in partem defecerint nos uel custos domus
nostre de borreto auctoritate nostra tantum capere poterimus de rebus uille mobili
bus et inmobilibus. quod super debita nobis summa erit nobis plenius satisfactum.
Fiet autem assisia huius summe per quinque uel sex de eadem uilla fidedignos
per uillam uel per maiorem partem uille singulis annis si in hoc concorda
re potuerint eligendos. Si autem in eligendo assisitores istos non concorda
uerint: per custodem domus nostre de borreto qui pro tempore ibi erit eligentur.
et qui assisiam bona fide facient: coram dicto custode iurabunt. Qui electi et iurati:
illam assisiam facient et colligent sumptibus uille. et collectam dicto custodi ter
mino supradicto totaliter apportabunt. Item custos domus nostre de borreto
ad requisitionem assisitorum mittet seruientem suum ad capiendum de
rebus deficientium. ut id ad quod tenentur soluere compellantur. Item nos
de uenditis in territorio nostro uenditis: uentas habemus. videlicet pro quolibet
solido unum denarium. Item omnes homines tenentes terras in territorio
nostro campipartem debentes. campipartem et decimam nos contingentem antequam
de garbis suis aliquam de campo leuauerint: sine aliis garbis apportabunt uel
adducent. uidelicet de territorio de borreto ad granchiam nostram de borreto. De
territorio de baherna: apud bahernam. Concessum est etiam et concessum quod
tenementas in territorio nostro sitas. nec communie siluanecti. nec alii communie
nec alicui de communia uendere poterunt. Item additum est quod homines de

borreto non poterunt facere communiam nisi de licentia nostra et domini regis super
hoc optenta. nec esse de communia domini comitis in villa de borreto manentes. Et si alibi
quam apud borretum manentes fuerint sive sint de communia sive non: bona ipsorum in terra nostra existentia remanebunt obligata. Satisfacto tamen de tota illa
summa anni possessores mobilium usque ad assisiam sequentem de mobilibus
suis suam poterunt facere voluntatem et sic fiet de aliis annis. Hec autem
omnia villa de borreto voluit et promisit pro se et heredibus suis et posteris se in perpetuum
firmiter servaturam. Salvis nobis aliis redditibus nostris. consuetudinibus seu
costumis. salva nobis iustitia ville. et salva collecta seu tallia. quam in villa de
borreto pro exercitu regis facere consuevimus. Hanc autem formam pacis volumus et approbamus. promittentes nos ipsam in perpetuum servaturos. In cuius
rei testimonium presenti carte sigilla nostra duximus apponenda. Actum anno domini
millesimo. cc. xl. iiii. mense febr. Nos vero suprascriptam compositionem salva
calvacheia et exercitu nostro et omni iure nostro et alieno iure salvo volumus et concedimus et ad petitionem suprascriptarum partium presentem paginam ut perpetue
firmitatis robur optineat: sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere
inferius annotato confirmamus. Actum apud compendium. Anno domini
millesimo. cc. xl. iiii. mense aprili. Regni vero nostri anno Nonodecimo. Astantibus
in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero nullo.
Signum stephani buticularii. Signum Johannis camerarii. Constabulario
nullo.

Data vacante (monogram) Cancellaria

De partitione hereditatis thome clerici. helloini et Antonii fratrum.

1219 In nomine sancte et individue trinitatis amen. Philippus dei gratia francorum rex. Noverint
universi presentes pariter et futuri quod thomas clericus et helloinus et antonius fratres coram
nobis partiti sunt hereditatem suam: sicut inferius est annotatum. Helloinus
habebit danvillam. Ita quod singulis annis in festo omnium sanctorum quindecim libras turonensium
Antonio fratri suo persolvet. et habebit granchiam quam pater eorum habuit iuxta
parisius cum vineis de meudon et universis ipsius granchie pertinentiis. Thomas
autem habebit tres partes illius redditus quem pater eorum habuit in avalagio

seq̄uitur ulius sem
ulius seq̄na

sequane ultra sanctum dyonisium et decimam de biuuuall. Ut autem presentem perpetue stabilitatis robur obtineant, nos ad instantem partium petitionem presentem cartam sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius annotato, salvo iure et servitio nostro et salvo iure alieno confirmamus. Actum apud sanctum germanum in laya, Anno dominice incarnationis M°. C°. Nonodecimo. Regni vero nostri quadragesimo. Astantibus in palacio nostro quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero nullo. Signum guidonis buticularii. Signum barthol. camerarii. Signum mathei constabularii.

Data vacante Cancellaria. P S P H L

Confirmatio donationis symonis de sancto dionisio facta ecclesie beate genouefe parisiensis apud Autolium.

1182 In nomine sancte et individue trinitatis amen. Ph. dei gratia francorum rex.

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus quod symon de sancto dyonisio qui prebendam sancte genouefe cum canonicus erat apud autolium habebat, quicquid in eadem villa sive in terris eiusdem ecclesie sive in aliis quolibet modo acquisierat predicte ecclesie sancte genouefe in elemosinam donavit. Theobaldus autem nepos eiusdem symonis omnia a prefato symone avunculo suo in eadem villa acquisita sibi ab eodem prius fuisse donata asserens auctoritate nostra bona illa omnia occupavit. Tandem resipiscens et ante nos veniens omnia illa quecumque in prenominata villa predictus avunculus suus symon acquisierat vel habuerat et possederat ecclesie sancte genouefe in manu abbatis stephani benivole et libere dimisit et in perpetuum quieta clamavit. Symon autem avunculus eius molendinum suum de feuta et prata sua que habebat in marisco sancte oportune predicto theobaldo nepoti suo pro hoc dedit. Stephanus abbas sancte genouefe eidem theobaldo pro hac eadem causa centum libras parisiensium donavit. Nos autem que hinc inde bona fide acta sunt approbantes et maxime que ecclesiis dei conferuntur observare volentes, predictam elemosinam ecclesie sancte genouefe a predicto symone collatam et quitationem a theobaldo factam benigne concessimus et auctoritate regia confirmamus. Quod ut perpetuam optineat firmitatem et nullo modo in posterum valeat retractari, sigilli nostri auctoritate ac regii nominis karactere subter annotato presentem cartam fecimus confirmari. Actum parisius. anno incarna

Autouil
Autolium
1182

ca. ubi. m. c. lxxx. secundo. Regni nostri anno. iiij. astantibus in palacio nostro quorum nomina supposita sunt et signa. Signum comitis theobaldi dapiferi nostri. Signum guidonis buticularii. Signum mathei camerarii. Signum radulphi constabularii.

Data per manum [monogram] hugonis cancellarii.

1209 De uenditione bosci cum fundo apud soysiacum.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Ph. dei gratia francorum rex. Nouerint uniuersi presentes pariter et futuri quod Renaldus de montegniaco miles in nostra presentia constitutus abbati et ecclesie sancte genouefe de monte uendidit quadraginta et iiij. arpennos bosci sui cum fundo qui contiguus est bosco sancte genouefe apud soysiacum pro octoginta libris par. monete. quam uenditionem philippus filius iam dicti renaldi. et iohannes frater eius et uxor eiusdem iohannis creantauerunt. et fide interposita eam tenendam promiserunt et inde sunt plegii garentie. Nos igitur de cuius feodo mouet predictus boscus uenditionem predictam laudamus et ratam habemus. et ut perpetuum robur optineat sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius annotato presentem paginam confirmamus. Actum paris. Anno dominice incarnationis. m. cc. ix. Regni uero nostri anno tricesimo primo. Astantibus in palacio nostro quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero nullo. Signum guidonis buticularii. Signum bartholomei camerarii. Signum drochonis constabularii.

Data vacante cancellaria [monogram] per manum fratris guer.

xxv. De quitatione moture de moleio.

1213 Ph. Dei gratia francorum rex. Nouerint uniuersi presentes pariter et futuri quod dilecta quondam consanguinea et fidelis nostra A. comitissa sancti quintini et domina valesii moturam de moleio pertinentem ad ecclesiam sancte genouefe paris. secundum quod ipsa diligenter fecit inquiri. cognoscens per inquisitionem super hoc diligenter et legitime factam ad predictam ecclesiam pertinere eandem

molturam supradicte ecclesie libere reddidero et quitauero. Nos autem pro salute anime nostre et predecessorum nostrorum sanctam iam dicte commisse super quitatione illius molture tantum heredes eandem predicte ecclesie sancte genouefe concedimus et quitamus. Et ut hec perpetue stabilitatis robur optineat: sigilli nostri auctoritate presentem paginam roboramus. Actum apud meledunum. Anno domini. M. C. Terciodecimo.

De censiua. iiii. arpentorum uinee. pro. xxx. sol. annui reddituum que date sunt ad censum Rogero Aurpercussori.

e Mars 1185 Ph[us] Dei gratia francorum rex. Nouerint uniuersi ad quos littere presentes peruene 1185

rint. quod nos. iiii. arpentos uinearum que fuerunt abrahe iudei sitos apud sanctum stephanum. duos uidelicet apud septem uias et unum apud termas. quartum apud sanctum symphorianum tradimus Rogero auripercussori inperpetuum ipsi et heredibus suis habendos pro triginta sol. de censu. quorum nobis medietas reddetur in crastino natalis domini. altera medietas in festo sancti iohannis baptiste. Ita quidem quod Rogerus et heredes sui de suo proprio censum fundi uinearum illarum reddent. et illas uineas poterunt dare. uendere. inuadiare et ex eis uoluntatem suam facere. saluo censu nostro. Quod ut ratum sit et inconcussum: presentem scriptum sigillo nostro communiri. Actum ab incarnatione domini. M. C. lxxxv. quinto mense marcio.

De dimissione malarum consuetudinum que olim habebantur apud marsiacum. n° 12

In dei nomine. Ego henricus rex dei gratia francorum. Omnibus nostris fidelibus tam presentibus quam futuris notum fieri uolumus qualis theudo de firmitate que appellatur [...] ante nostram presentiam ueniens consuetudines malas quas iniuste possederat in uilla apostolorum petri et pauli et sancte genouefe que marsia cus nominatur eius loci decano ulrico et canonicis astantibus dimisit. His retentis quas predecessores tenuerant sui. quasque tam canonici quam eiusdem pagi uillani testibus conuocati sunt et iureiurando compbaverunt. videlicet de mansione una mina auene. et ad sillaturam omnes carrucarii uille una uice. et ad binaturam una uice. de carruca integra. xii. d. de dimidia. vi. et de eis qui cum bobus non laborant: de unaquaque mansione. ii. d. In herba apud ciuitatem fuerit. unum carratum in anno. ad hoc lignarium semel ad natiuitatem domini. et si necesse fuerit pro guerram

Voiez celle charte ... au fol. 67

⁊ non malo ingenio fiat ad firmaturam castelli adducant palos ⁊ uirgas. his
exceptis: alias omnes consuetudines quas ante hac iniuste possederat: ecclesie apostolorum
+ petri ⁊ pauli ⁊ sancte genouefe imperpetuum sine ulla inquietatione dimisit. Totam
inde eius instinctu ⁊ assensu compositionem manuque propria firmauit. nostra uero nostrorumque
fidelium manu corroborauit. quod si ipse uel aliquis ex heredibus suis missionem
calumpniari uel destruere presumpserit: auri cocti nobis libram componat. nichil
quod proficiat. quod quod temptauerit: irritum permaneat. Et ut hee littere firme ⁊
stabiles imperpetuum maneant: eo meo sigillo insigniri feci.

De manumissione hominum de Rodoniaco.

Aoust 1246 In nomine sancte ⁊ indiuidue trinitatis Amen. Ludouicus dei gratia francorum rex. Notum
facimus quod nos litteras dilectorum nostrorum abbatis ⁊ conuentus beate genouefe par.
uidimus in hec uerba. Uniuersis presentes litteras inspecturis tam presentibus quam fu
turis: frater theobaldus beate genouefe paris. abbas licet indignus. totusque eiusdem
ecclesie conuentus humilis eternam in domino salutem. Nouerint uniuersi quod cum
homines uille nostre de Rod. qui ecclesie sunt homines de corpore. siue serui ecclesie. quod
etiam seruitutem confitentur nobis humiliter supplicarent seruitutem predictam con
fitendo ipsos ⁊ eorum posteros per nos manumitti ⁊ a iugo seruitutis liberari.
Nos habito maturo consilio uidentes incommoda que ex huiusmodi seruitute
contingebant: ⁊ fauentes libertati eorum precibus inclinati ipsos ⁊ eorum posteros
manumittimus ⁊ a iugo seruitutis liberamus. Concedentes ⁊ uolentes ut tam
ipsi quam eorum posteri perpetuo gaudeant priuilegio libertatis. Pro hac autem fa
cienda manumissione ⁊ eis libertate donanda: uilla de Rod. sexaginta libras
par. annui redditus singulis annis imperpetuum. uidelicet in octabis beati
martini hyemalis. quadraginta libras par. ⁊ in festo nat. beati iohannis bapt. uigin
ti libras par. camerario nostro reddere tenebuntur. quas super domos. terras ⁊ ui
neas ⁊ alia bona sua mobilia ⁊ inmobilia habita ⁊ habenda assignarunt. Ita tamen
quod ad quascumque manum teneure terrarum uille de Rod. deuenient: cum onere

isto tradiderunt. promittentes pro se et heredibus suis et posteris quod singulis annis in perpetuum statutis terminis summam prerogatam nobis vel nostro camerario apud par. absque contradictione qualibet totaliter exsolvent. Volunt etiam et concessit villa de Rod. quod si in solutione huius summe vel in totum vel in partem defecerint nos vel dictus camerarius tantum capere possimus de rebus ville mobilibus et immobilibus et super debita nobis summa erit nobis vel dicto camerario plenarie satisfactum. Fiet autem assisia huius summe per quinque vel sex de eadem villa fide dignos per villam vel per maiorem partem ville si in hoc concordare potuerint. singulis annis eligendos. Si autem in eligendo assisitores illos non concordaverint. per camerarium nostrum qui pro tempore erit. vel ex parte ecclesie nostre eligentur. et quidem dictam assisiam [1] facient et colligent sumptibus ville et collectam dicto camerario vel nobis terminis supradictis totaliter pacifice apportabunt. Item camerarius noster ad requisitionem assisitorum mittet servientem suum ad capiendum de rebus deficientium. ut id ad quod tenentur solvere compellantur. Item omnes homines de Rod. tenentes terras in territorio nostro de Rod. campipartem et omnem decimam nos contingentem antequam de suis jarbis aliquam de campo levaverint. sine suis jarbis apportabunt ad granchiam nostram vel adducent. tum de suis campis. tum de aliis quos excolent propriis sumptibus. seu ad medietatem. seu ad amodiationem vel quocumque alio modo conducturi. Conditum etiam fuit et concessum quod tenturas in territorio nostro de Rod. sitas. nulli communie. nec alicui de communia vendere vel aliquo alio modo alienare poterunt. Item additum est quod homines de Rod. non poterunt facere communiam nisi de licentia nostra et domini regis super hoc optenta. nec esse de communia dum erunt in villa de Rod. manentes. et si alibi quam apud Rod. manentes fuerint. sive sint de communia sive non. bona ipsorum predicta nobis remanebunt obligata. satisfacto tamen de totali summa anni possessores mobilium usque ad assisiam sequentem de inmobilibus suis suam facere poterunt voluntatem. et sic fiet de aliis annis. Item iidem homines ad mandatum abbatis et conventus in auxilium et subsidium ecclesie nostre pro rebus et personis ecclesie defendendis omni occasione et dilatione postpositis venire personaliter tenebuntur. prima die ad sumptus suos. ceteris diebus camerarius unicuique eorum pro quolibet die dabit vi d. par. quousque ex parte ecclesie licentientur. vel recedere permittantur. Hec autem omnia et singula villa de Rod. voluit et permisit pro se et heredibus suis et

[1] bona fide facient coram dicto camerario vel aliquo ex parte ecclesie nostre iurabunt qui electi erunt ad illam assisiam.

posteris se imperpetuum servaturam. totaliter impleturam. salvis nobis a
liis redditibus nostris. consuetudinibus. redevantiis et costumis. Salva etiam
nobis omni iusticia ville et iurisdictione. Salva et collecta seu tallia quam
in villa de Rod. pro exercitu regis facere consuevimus. Nos autem hec omnia
supradicta volumus et approbamus, promittentes nos illa imperpetuum
servaturos. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum
munimine duximus roborandos. Actum Anno domini. M°. CC°. XL. sexto.
mense augusto. Nos autem predictam manumissionem cum omnibus aliis
in presenti carta contentis prout superius continentur. volumus et concedimus
et ad peticionem dictorum abbatis et conventus et hominum predictorum eadem si
gilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius annotato. salvo
iure nostro et alieno confirmamus. Actum apud Meled. Anno incarnationis do
minice. M°. CC°. XL°. VI°. mense augusto. Regni vero nostri anno vicesimo. asta
ntibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero
nullo. Signum stephani buticularii. Signum iohannis camerarii. Consta
bulario nullo.

Data vacante Cancellaria.

De servitute hominum de Rodoniaco.

ferrier
vn
Lucius

Lucius episcopus servus servorum dei. dilectis filiis. S. abbati et fratribus sancte genovefe salutem.
et apostolicam benedictionem. Religiosorum votis annuere. eorum iustis pos
tulationibus effectum facilem impertiri. et ordo iuris exigit et caritas postulat
ordinata. Precipue cum vota petentium pietas adiuvat et ratio comitatur.
Ea igitur consideratione inducti et vestris iustis postulationibus precibus inclinati. consti
tutionem quam felicis recordationis. L. francorum rex super servitute
hominum vestrorum de Rodoniaco inter vos et ipsos de assensu baronum suorum et pru
dentium virorum consilio noscitur provide statuisse. sicut rationabiliter facta est

7 in scripto ipsius regis autentico plenius continetur: auctoritate apostolica plenius con
firmamus 7 presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes ut nulli o
mnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei au
su temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit: indignatio
nem omnipotentis dei 7 beatorum petri 7 pauli apostolorum eius se nouerit incur
surum. Dat. ——— Lateran. ——— kl. ——— febr.

Item de Rodoniaco.

25 Septemb. Lucius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis Stephano abbati 7 Canonicis sancte ge
nouefe parisiensis salutem 7 apostolicam benedictionem. Quanto ecclesia uestra specialius
beati petri 7 nostri iuris existit: tanto ardentius eam debemus caritatis brachiis
amplecti 7 contra perturbationes hominum iniquorum apostolicum ei fortius
patrocinium impertiri. Cum autem pro negociorum multitudine que ad sedem
apostolicam referuntur non possint scriptorum nostrorum tenores 7 alia que facimus
memorie retineri: quorundam circumuenimur quandoque uersutiis 7 ad scri
bendum ignoranter inducimur contra ea que antea scripseramus. Quod
quidem de quodam ecclesie uestre negocio contigit sicut nostris est auribus inti
matum. Cum enim controuersia que inter uos 7 homines de Rodoniaco
super conditione eorum in audientia illustris memorie Ludouici fran
corum quondam regis diffinitiua fuerit sententia terminata 7 autentica
ipsius regis inde scripta confecta 7 nostra etiam fuerit confirmatio sub
secuta: iidem homines sepius super hoc sicut accepimus tacito processu
negocii commissionis litteras impetrarunt per quod uos ipsos 7 ecclesiam
uestram pluribus molestiis grauauerunt. Nos igitur eorum obuiare uersutie atque
indempnitati 7 grauamini uestro primitiua uestre paterna sollicitudine prouidere
uolentes: presenti uobis pagina duximus indulgendum ut si que sunt
a nobis littere uel fuerint in posterum impetrate preter prescripte sententie tacita
ueritate illarum optentu non teneamini eisdem hominibus super predicto
negotio respondere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam
nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem
hoc attemptare presumpserit: indignationem omnipotentis dei 7 beatorum petri
7 pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Veron. vii. kl. octobris.

19 Juin + Clemens

Item de Rodoniaco.

Clemens ep̄s seruus seruorum dei. dilectis filiis Stephano abbati et canonicis sc̄e
genouefe paris. salutem et aplicam ben̄. Quanto circa uos specialius bi petri
et n̄ri uiuis existit: tanto artioris eam debemus caritatis brachiis amplexa
ri. et contra perturbationes hominum iniquorum aplicum eis patrocinium im
pertiri. Cum autem pro negociorum multitudine q̄ assidue ad sedem aplicam
deferuntur non possimus scripturarum n̄rarum tenorum et alia q̄ facimus memorie re
tinere quorumdam circumuenimur quandoque uersutia et ad scribendum igno
ranter inducimur contra ea q̄ antea scripseramus. Quod quidem de quodam
ecc̄e u̅re negocio contigit sicut n̄ris ē auribus intimatum. Cum enim controuer
sia q̄ int̄ uos et homines de Rod' super condicione eorum in audientia illustris
memorie ludouici quondam regis francorum diffinitiua fuerit sententia termi
nata et autentica ipsius regis inde scripta confecta et predecessoris n̄ri felicis re
cordationis lucii pp. etiam fuerit confirmatio subsecuta: iidem homines sepius
super hec sicut accepimus tacito processu negocii commissionis litteras impe
trauerunt. per quod uos ipsos et eccl'iam u̅ram pluribus molestiis grauauerunt. Nos
igitur obuiare iniurie atque indempnitati et grauamini u̅ro paterna sollicitudi
ne prouidere uolentes et p̄dc̄i predecessoris n̄ri uestigiis inherentes: presenti uobis
pagina ~~indulgemus~~ duximus indulgendum. ut si que sunt a nobis littere
uel fuerint in posterum impetrate: prescripte sententie tacita ueritate: illarum
pretextu non teneamini eisdem hominibus super predicto negocio respondere. Nul
li ergo omnino hominum liceat hanc paginam n̄re concessionis infringere.
uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit:
indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli aplorum eius se
nouerit incursurum. Dat' lateran. xiii. kl. Julii. pontificatus n̄ri anno. iii.

Item de Rodoniaco.

13 fevrier Honorius

Honorius ep̄s seruus seruorum dei. dilectis filiis abbati et conuentui sc̄e ge
nouefe par. salutem et aplicam ben̄. Homines de Rod' suam ad nos
querimoniam destinarunt. quod uos abutentes eorum dominio. quo se uobis
teneri cognoscunt eos quadam seruitutis quod manus mortua dicitur, opprimi
tis minus iuste. cum ut ipsi qui olim sub dominio regum francie perstiterunt

Florebant: nunc a nobis ad quos eorum dominium ex munificentia regali per-
venit adeo importabilis servitutis onere deprimuntur ut maiorum locorum homi-
nibus eorum cuitantibus copulam nuptialem in tertio et in quarto consangui-
nitatis gradu matrimonialiter invicem misceantur et licet ipsi ad abbatem de Iosa-
phath et conviciatores suos quasdam a bone memorie Innocentio papa predecessore
nostro super hoc litteras super hoc litteras impetrassent: dictis tandem eisdem lit-
teris in manibus Aimardi domus militie templi Parisiensis thesaurarii ad petitionem
vestram qui secum super hoc velle componere dicebatis et per eum vobis traditis
iidem secum componere vel dictas restituere litteras postmodum noluistis: quare
supplicarunt nobis tam humiliter quam devote ut providere super hoc misericorditer
dignaremur. cum religiosos omnino non deceat sic inmisericorditer agere. et a multis
que licerent forsitan aliis cum ceperint professionis propositum abstinere.
Ideoque universitatem vestram monendam duximus et hortandam per apostolica vobis
scripta mandantes. quatinus si predicta veritate nituntur. ita providere super
vobis et fame vestre curetis. ut homines supradicti a proposita contra vos queri-
monia conquiescant. Alioquin venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis canto-
ri et magistro Alano canonico Ebroicensi. damus nostris litteris in mandatis. ut ipsi
super hoc inde nostra statuant quod secundum deum et vestri ordinis sinceritatem honesta-
tem viderint statuendum. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione
postposita compescentes. Datum Laterani. Idibus Februarii. pontificatus nostri Anno tercio.

Item de Rodomaco.

Honorius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis abbati et conventui sancte Genovefe
Parisiensis salutem et apostolicam benedictionem. Ad conservationem iurium monasterii vestri tanto
studiosius nos decet intendere. quanto idem monasterium specialius ad apostolicam
sedem noscitur pertinere. Hinc est quod vestris precibus benignum impertientes as-
sensum constitutionem ab inclite recordationis Ludovico Francorum rege super
servitute hominum vestrorum de Rod' provide factam. et a karissimo filio nostro Philippo Fran-
corum rege illustri. sicut ex tenore litterarum eius nobis innotuit confirmatam
felicis memorie Lucii et Clementis predecessorum nostrorum romanorum pontificum
vestigiis inherentes auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti pa-
trocinio communimus. Ad exemplar quoque iam dicti Clementis predecessoris nostri

p̄sentem uobis paginam indulgemus ut si que littere ab apl̄ica sede sunt uel in posterum fuerint contra uos super hoc a p̄fatis hominibꝫ impetrate. que de constitutione seu sententia p̄fati ludouici regis ⁊ confirmationibꝫ subsecu tis non faciant mentionem. illarum optentu non teneamini eisdem homini bꝫ respondere. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nr̄e confirma tionis infringere uel ei ausu temerario contr̄ire. Siquis autem h̄ attemp tare p̄sumpserit. indignationem omnipotentis dī ⁊ beatorum petri ⁊ pauli aplōrum eius se nouerit incursurum. Dat̄ viterbij. vij. Jd̄. februar. pontificatus nr̄i. Anno. iiij.

Item de rodoniaco.

28 mar

Honorius ep̄c seruus seruorum dei. dil̄cis filiis archidiacono senonen̄ ⁊ can cellario mediolan̄ paris̄ commorantibꝫ ⁊ magr̄o Galtero cornuto canonico parisien̄ salutem ⁊ aplicam ben̄. Conquerentibꝫ olim dilectis filiis hominibꝫ de rod. quod dilecti filii abbas ⁊ conuentus sc̄e genouefe sc̄e genouefe paris. quibꝫ hominio se fateri tenentur quodam seruitutis genere quod man mortua dr̄. ipsos contra iustitiam grauiter opprimunt. ita ut uinculis eorum conubia deuitantibꝫ in prohibitis gradibꝫ int̄ se contrahere compellantur. eisdem abbi ⁊ conuentui dedimus in mandatis. ut super hiis taliter prouiderent q̄ fame sue consulerent. ⁊ p̄fati homines iustam contra eos q̄rimonie materiam n̄ h̄erent. Ven. fr̄i nr̄o ep̄o ⁊ dilectis filiis cantori ⁊ alano canonico ebroicen̄ nichilominus per scripta nr̄a mandantes. ut si iam dc̄i abbas ⁊ conuentus mandatum nr̄m negligerent adimplere. ipsi super hoc statuere procurarent. q̄ foret scdm̄ deum ⁊ honestatem monastici ordinis statuendum. Porro sepedc̄i abbas ⁊ conuentus postmodum nobis sua petitione monstrarunt. q̄ cum olim inter ip̄os ⁊ p̄fatos homines super seruitute ipsorum hominum coram inclite re cordationis ludouico rege francorum questio u̇teretur. idem diffinitiuam pro eorum monasterio sententiam promulgauit. quam postmodum kr̄ms in xp̄o filius nr̄ philippus rex francoꝝ illustris. ac etiam felicis memorie lucius ⁊ clemens p̄decessores nr̄i romani pontifices confirmarunt. sicut tenor litterarum ipsorum nobis exhibitus declarabat. Et q̄ dc̄i homines uerabāt ip̄m monasterium p litteras aplicas sup hoc de p̄missis mentione non

habita impetratas: dictis clemens predecessor noster constituto ut huiusmodi littere non
valerent, et ne abbas et conventus monasterii memorati auctoritate illarum
predictis tenerentur hominibus respondere. Quare iidem abbas et conventus nobis
humiliter supplicarunt ut cum predicti homines ad predictum episcopum et suos con
iudices apostolicas litteras impetrassent, mentione non habita de premissis: quarum
auctoritate nitebantur in libertatem vendicare se ipsos et servitutem predictam
subtrahere monasterio memorato in eiusdem non modicam lesionem. super hoc
eidem monasterio paterna providere sollicitudine dignaremur. Unde memorato
episcopo et suis coniudicibus dedimus in mandatis. ut si littere ipse mentionem non fa
ciebant de sententia et confirmationibus antedictis revocarent siquid fecerint
auctoritate illarum. Eas tamen quam contra constitutionem apostolicam impetra
tas renunciavere irritas et inanes. Super autem iidem homines procuratores
suos ad nostram presentiam destinarunt. conquerentes grave sibi preiudicium
factum esse. eo quod in litteris nostris ad sepedictum episcopum et suos coniudices ultimo desti
natis continebatur expressum quod de sententia predicti L. regis Francorum et confir
mationibus subsecutis per earum tenorem nobis constiterat manifeste asse
rentes quod dicendi contra sententiam et confirmationes predictas per hoc eis copia
videbatur ademta. Quare nobis humiliter supplicarunt ut super hoc eis
providere paterna sollicitudine dignaremur. Volentes igitur suam utrique
parti iustitiam conservari: discretioni vestre per apostolica scripta mandamus. quatinus
partibus ad vestram presentiam convocatis: faciatis nobis exhiberi tam
dictam sententiam et confirmationes postmodum subsecutas. ac omnia instru
menta ad negocium pertinentia memoratum. et data utrique parti copia di
cendi que pro se dicenda putaverint et probanda. causam ipsam si de partium processerit vo
luntate. mediante iustitia decidatis. Alioquin causam tandem ad nos remitta
tis sufficienter instructam. prefigentes partibus terminum competentem. quo per se vel
per procuratores idoneos apostolico se conspectui representent: recepture quod postulat
ordo iuris. Revocato in statum debitum siquid forte predictarum litterarum auc
toritate perperam factum est postquam procuratores predicti arripuerunt iter ad nostram
presentiam veniendi. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia. odio vel
timore subtraxerint: per censuram ecclesiasticam appellatione cessante cogatis
veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis po
tueritis interesse: duo vestrum ea nichilominus exequantur. Dat. Lateran. v. kl. Junii.
pontificatus nostri anno quinto.

1er Juillet

Item de Rodoniaco.

Honorius eps servus servorum dei dilectis filiis decano paris. J. archid. senonen. et cancellario mediolan. paris. commorantibus salutem et aplicam benedictionem. Dilectus filius abbas sce genovefe par. in nra proposuit presentia constitutus. quod ipso in abbatem electo et constituto in tantee ad nram presentiam veniendi pro confirmationis et benedictionis munere obtinendo vos actione litterarum ad vos a sede aplica optentarum pro questione que inter eius monasterium ex parte una et homines de Rod. dioc. par. ex altera super servitute ipsorum hominum que manus mortua nuncupatur noscitur agitari perturbantes possessionem monasterii memorati. cogebatis eiusdem loci conventum in ipsius abbatis absentia tendere. dicendo vos contra eundem abbatem quem citatio vra incidebatis apprehendit. quasi contra contumacem ulterius processuros. propter quod ad nram fuit audientiam appellatum. Cum igitur idem abbas coram nobis paratus fuerit iuramento firmare quod ad ipsum vra citatio non pervenit. nos de speciali gratia revocantes siquas forte in eum vel sepedicti monasterii conventum interdicti vel excommunicationis sententias protulistis. Discretioni vre per aplica scripta mandamus. quatinus in causa ipsa iuxta prioris mandati nri tenorem appellatione remota ratione previa procedentes. illam ad nos remittatis sufficienter instructam. prefigentes partibus terminum competentem quo nro se conspectui representent. iustum auctore deo iudicium recepture. vre super expensis salvo prefatis hominibus siquod habent contra monasterium memoratum. Testes autem qui fuerint nominati. si se gratia. odio vel timore subtraxerint. per censuram ecclesiasticam appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Nullis litteris obstantibus. harum tenore tacito a sede aplica impetratis. Dat. Lateran. kl. Julii. pontificatus nri anno sexto.

13 mai

Item de Rodoniaco.

Honorius eps servus servorum dei. dilectis filiis abbati sci petri. Tho. archid. par. et W. cancellario carnot. salutem et aplicam bnd. Significarunt nobis abbas et conventus sce genovefe par. quod olim inter ipsos ex parte una et homines de Rod. par. dioc. ex altera super quodam genere servitutis quod manus mortua dicitur. coram diversis iudicibus a sede aplica delegatis questione suborta. tandem prefati homines lite mota ac movende. nec non omnibus litteris impetratis et decetero impetrandis renuncia

runt spontanea voluntate sacramento corporaliter prestito promittentes quod super condicione sua contra eandem ecclesiam questionem ulterius non moverent. Sed ipsi postmodum immemores iuramenti ad venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum tunc parisiensem canonicum et archidiaconum senonensem et cancellarium mediolanensem parisiensem commorantem super eodem negocio nostras litteras impetrarunt de renunciatione ac iuramento prefatis nullam facientes penitus mentionem. Cum igitur prefati archiepiscopus et archidiaconus dictis filiis archidiacono baiocensi et G. canonico parisiensi commisissent vices suas et dicti abbas et conventus coram eis et prefato cancellario proponerent ipsos per tales litteras huiusmodi veritate tacita impetratas in causa ipsa procedere non debere. quia super hoc contra iustitiam interloqui denegabant. Ipsi sentientes ex hoc indebite se gravari ad nostram audientiam appellarunt. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus si est ita revocato in irritum quicquid post appellationem huiusmodi temere inveneritis attemptatum in causa ipsa iuxta tenorem litterarum ad dictos archiepiscopum et suos coniudices obtentarum appellatione remota ratione procedatis. Alioquin causam ipsam ad predictorum baiocensis archidiaconi et suorum coniudicum remittatis examen appellantes in expensis legitimis condempnantes. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse duo vestrum ea nichilominus exequantur. Dat. lateran. iii. id. maii pontificatus nostri Anno .viii.

Item de rodomaco.

4 jun. + Honorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis abbati et conventui sancte genovefe parisiensi salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod cum homines de Rod. parisiensis dioc. questionem super manu mortua inter vos et eosdem longe retroactis temporibus agitatam ac clare memorie ludovici et philippi filii eius regum francie diffinitione sopitam iterum suscitassent tandem ad animum redeuntes renunciaverunt omnino huiusmodi questioni et litteris impetratis a sede apostolica super illa vel etiam decetero impetrandis sicut per autentica scripta super hoc facta plenius dicitur apparere. Nos igitur vestris precibus inclinati renunciationem ipsam sicut provide facta est auctoritate apostolica confirmamus et ·xx·iij

p̄sentis scripti patrocinio communim̄. districti˜ inhibentes ne ipsi homines uos aut etiam uestrum contra renuntiationem eandem p̄sumant de cetero molestare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nr̄e confirmationis et inhibitionis infringere. uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare p̄sumpserit: indignationem omnipotentis dei et beator(um) petri et pauli apl̄orum eius se nouerit incursurum. Datum latan̄. ii. non̄ junij. pontificat˜ nr̄i anno decimo.

Item de rodoniaco.

½ mia

Honorius ep̄s seruus seruorum dei. Dil̄cis filijs sc̄i dyonisij. et sc̄i germani de pratis abbatib(us). et sc̄i martini de campis priori salutem et ap̄licam bn̄d. Exhibita nob(is) dilc̄orum filiorum abbatis et conuentus monasterij sc̄e genouefe par̄. petitio continebat. q(uod) cum homines de Rod̄. par̄ dyoc̄. q̄stionem super manu mortua int(er) eos ex parte una. et dc̄os homines ex altera longe retroactis temporib(us) agitatam. ac clare memorie ludouici et philippi filij eius regum francie diffinitione sopita˜ temere suscitassent: tandem ipsi ad animum redeuntes: renunciarunt omnino huiusmodi questioni. et litteris impetratis a sede ap̄lica super illa. uel etiam de cet(er)o impetrandis. sicut per˜ autentica scripta super hoc f(ac)ta d(icitu)r, plenius apparere. Quocirca discretioni u(est)re per˜ ap̄lica mandamus. quatinus si dc̄i homines contra renunciationem eandem dc̄m monasterium p̄sumpserint fatigare: uos eos a p̄sumptione huiusmodi monitione p̄missa per˜ censuram ecc̄asticam appellatione remota. ueritate cognita compescatis. Quod si non omnes hijs exequendis potueritis int(er)esse: duo u(est)r(u)m ea nichilominus exequantur. Datum latan̄. ii. non̄. junij. pontificatus nr̄i Anno decimo.

Priuilegia regum francorum super seruitute hominu(m) de Rodoniaco.

1179 In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis Ludouicus dei gr̄a francor(um) rex. Notum fac(imus) omnib(us) tam p̄sentib(us) q(ua)m futuris. q(uod) cum in p̄sentia nr̄a Stephanus abbas sc̄e genouefe et canonici eiusdem ecc̄e assererent. homines de Rod̄ seruos ecc̄e sue. homines eo penitus negauerunt. et sese tantum hospites ecc̄e et colonos ēe confessi sunt. Nos autem secundum consuetudinem regni francor(um). iudicauimus ut

ut q3 homines hospitatum 7 colonatum eē cognoscebant 7 liberos se di
centes seruitutem negabant: in curiam abbatis cui⁹ erant hospites uenit 7
ibi erat si eos hr̃e uellet: per duellum seruos eē suos approbaret. Die uero ab
abbate eis assignata: p̃dc̃i homines in curiam ei⁹ uenerunt. 7 ibi coram multis
7 magnis uiris. cum abbas eos eē sue seruos eē. sicut iudicatum fuerat ap
probare paratus eēt. idq3 eis sepius offerret. homines sese non pp̃ h̃ uenisse.
neq3 diem pp̃ h̃ sibi assignatam fuisse dixerunt. 7 ita de seruitute sibi obiec
ta defensionem in se suscipere noluerunt. Vtraq3 autem parte concedente
7 uolente ut quicquid lucri uel dampni alterutra partium inde deberet hr̃e:
p curiam nr̃am susciperet. ad nos in palacium nr̃m tam abbas qm̃ p̃dc̃i
homines reuersi sunt. Nos itaq3 ex testimonio multoꝝ 7 magnoꝝ uiroꝝ
fidelium nr̃orum qui ad h̃ audiendum ex parte nr̃a missi fuerant. rem ita
fuisse. 7 homines in defensione seruitutis sibi obiecte penitus defecisse penitus
cognoscentes: consilio baronum nr̃orum. comitis scilicet theobaldi dapiferi
nr̃i. 7 comitis roberti fr̃is nr̃i 7 aliorum plurium. Iuramenta eorum qui
defectum hominum 7 iniustitiam eorum uiderant. 7 quorum auctoritati in
maioribz credendum eēt suscepimus. ut deinceps homines de rod eēe sc̃e ge
nouefe subiecti sint. sicut serui dominis suis precepimus. 7 ne aliquam in
posterum inde questionem moueant: modis omnibz prohibuimus. Hij autē
sunt qui tactis sacrosc̃is euangelijs coram nobis iurauerunt. Hugo abbas
In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Hec est forma compositionis et pacis inter dominum Odonem episcopum Parisiensem ex una parte et Johannem abbatem ecclesie sancte Genovefe ex altera super querelis quas dictus episcopus movebat de iure parrochiali in parrochia de monte et procurationibus quas in parrochialibus ecclesiis canonicorum de monte petebat et contra canonicos de monte adversus episcopum super capella sancte Genovefe sita in civitate Parisiensi. Scilicet quod presbiter ecclesie habebit omne ius episcopale seu parrochiale in tota parrochia de monte et presbiter, qui illi parrochie spiritualia pro tempore ministrabit, etiam si sit canonicus regularis presentabitur episcopo et ab eo curam recipiet animarum et parrochianos ipsius parrochie ad mandatum episcopi vel archidiaconi citabit, vocabit, ligabit pariter et solvet. Crisma et oleum ad opus parrochie ab ecclesia parisiensi recipiet. Ad synodum etiam veniet, nec tamen circatam vel synodaticum reddet. Item licebit episcopo et archidiacono in singulos de predicta parrochia et in omnes interdicti vel excommunicationis ferre sententiam, que si lata fuerit, presbiter qui illi parrochie deserviet excommunicatos seu interdictos de ipsa parrochia non admittet, tamen illis exclusis in altari parrochiali quod est intra maiorem ecclesiam nichilominus celebrabit. Sed nec alios interdictos vel excommunicatos ab episcopo vel archidiacono undecumque fuerint ullo umquam tempore ipse vel alius in altari parrochiali recipiet aliquatenus ad divina. Ab hac autem generalitate excepte erunt ab omni iurisdictione episcopi et archidiaconi viginti persone inter servitores et garciones infra ambitum canonicorum habitantes, comedentes, cubantes et levantes, scilicet unus janitor, duo quadrigarii, duo cursores, unus hostellarius, unus carpentarius, unus ortolanus, quatuor in servitio furni. Quatuor in servitio coquine, unus sartrinator, unus vigil, unus matricularius, unus infirmarius. Et extra septa canonicorum sex servitores, scilicet cellerarii abbatis, unus serviens capiterii, unus claustrarii, unus vinearum, unus thelonearius. Nullus autem viginti sex predictorum ulterius esse poterit vel maior vel minor, ut predicta gaudeat libertate. In hiis siquidem predictis viginti sex personis aut in illis qui in locum eorum per abbatem fuerint subrogati, nullam episcopus vel archidiaconus potestatem habebit, nisi de eorum matrimonio separando agatur. Illa enim causa pleno iure ad episcopum et archidiaconum pertinebit. Uxores autem predictorum sex servitorum in parrochia de monte extra canonicorum septa manentium iurisdictioni episcopi et archidiaconi in omnibus spiritualibus subiacebunt, eo salvo ut pro forefactis maritorum suorum interdici vel excommunicari non possint, et quando in parrochia positum fuerit interdictum, liceat ipsis sicut et viris earum in altari parrochiali

Servientes liberi

audire divina. In predicta autem parrochia de monte neque episcopo sine consensu
canonicorum. neque canonicis sine episcopo novam ecclesiam seu capellam edificare licebit.
In augmentum vero predicte parrochie dedit episcopus ad habitandum vineam suam de
brunello. ita ut omnes qui in loco illo habitaverint cum aliis parrochianis de monte.
a presbitero parrochie supradicte divina percipiant sacramenta. et ad episcopum et archidiaconum
pleno iure pertineant. Similiter et illi qui habitabunt in clauso quod dicitur mali vicini
siquidem illud inhabitari contigerit. Preterea ecclesiam de noisiaco dedit episcopus canonicis me-
moratis ad eorum usum perpetuo possidendam. cum additamento ville que dicitur
vallis dellandi. in qua villa licebit canonicis si voluerint edificare capellam.
episcopi tamen iurisdictioni subiectam. itam in ecclesia de noisiaco quam in ipsa capella. sic
et in aliis ecclesiis eorum parrochialibus ad curam animarum recipiendam presbiterum episcopo
presentabunt. De procurationibus autem quas episcopus in eorum ecclesiis exigebat ita sta-
tutum est. ut ecclesie de jauligniaco. de espinolio. de vannis. de flarich. de Rod. et sancti
medardi. a procurationibus episcopi libere sint penitus et immunes. Verum in ecclesia de
noisiaco. iiii. libras parisiensis monete accipiat predictus episcopus annuatim. de quibus procurationem
unam vel plures sibi parabit episcopus in ipsa ecclesia de noisiaco. vel in qua voluerit pre-
dictarum. Predicta quoque canonica sancte genovefe sancte genovefe. ut omnis amoveatur
annuente domino materia seditionis et scandali. capellam sancte genovefe sitam
in civitate parisius. dederunt episcopo et successoribus eius imperpetuum liberam et qui-
etam. nullo sibi in ea iure retento. ut ipse vel eius successores de predicta capella pro
sua voluntate disponere. Prebendam quoque et vicariam quas predicta canonica in
ecclesia beate marie parisiensis habebant. predicto episcopo et eius successoribus quitaverunt. nichil omni-
no iuris sibi in predicta prebenda seu vicaria reservantes. Hec autem omnia ita
imperpetuum servabuntur. non obstante sententia summi pontificis. quam
pro se parisiensis episcopus inducebat. vel aliis quibuslibet munimentis ab alterutra
partium impetratis. vel in posterum impetrandis. In huius rei testimonium et per-
petuam firmitatem. duo scripta in eundem tenorem confecta sunt. quorum
alterum habebit ecclesia parisiensis sub sigillis duobus. abbatis videlicet et capituli sancte
genovefe. et reliquum habebit ecclesia de monte similiter sub duobus sigillis episcopi
scilicet et capituli beate marie parisiensis. Actum Anno incarnati verbi. m°. cc°.
secundo. Mense Junio.

Item de eadem compositione.

+ In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Hec est forma compositionis et pacis
Jun. 1202 inter dominum Odonem episcopum et ecclesiam Paris. ex una parte et Johannem abbatem et ecclesiam
sancte Genovefe ex altera, super querelis quas dominus episcopus movebat de iure parrochiali
in parrochia de Monte et procurationibus quas in parrochialibus ecclesiis canonicorum
de Monte petebat, et e contra canonici de Monte adversus episcopum super capella sancte
Genovefe sita in civitate Parisiensi, scilicet quod Parisiensis episcopus habebit omne ius episcopale
seu parrochiale. seu parrochiale in tota parrochia de Monte, et presbiter qui illi par-
rochie spiritualia pro tempore ministrabit, etiam si sit canonicus regularis, presen-
tabitur episcopo, et ab eo curam recipiet animarum, et parrochianos ipsius parrochie ad mandatum
episcopi vel archidiaconi citabit, vocabit, ligabit, puniet et solvet. Crisma et oleum ad opus
parrochie ab ecclesia Paris. recipiet. Ad synodum etiam veniet, nec tamen circatam vel
synodaticum reddet. Item licebit episcopo et archidiacono in singulos de predicta parrochia et in
omnes interdicti et excommunicationis ferre sententiam, que si lata fuerit, presbiter qui illi
parrochie deserviet, excommunicatos seu interdictos de ipsa parrochia non admittet,
tamen illis exclusis in altari parrochiali quod est intra maiorem ecclesiam nichi-
lominus celebrabit; sed nec alios interdictos vel excommunicatos ab episcopo vel ar-
chidiacono undecumque fuerint ullo umquam tempore ipse vel alius in altari par-
rochiali recipiet aliquatenus ad divina. Ab hac autem generalitate excepte erunt
ab omni iurisdictione episcopi et archidiaconi xx. persone inter servientes et garciones infra ambitum
canonicorum habitantes, comedentes, cubantes et levantes, scilicet vii lavatores. Duo
quadrigarii. Duo cursores. Unus hostellarius. Unus carpentarius. Unus ortolanus.
Quatuor in servicio furni. Quatuor in servicio coquine. Unus sartrinator. Unus
vigil. Unus matricularius. Unus infirmarius. Et extra septa canonicorum sex ser-
vitores, scilicet tres cellerarii abbatis. Unus serviens capicerii. Unus clausarius vinearum.
Unus thelonearius. Nullus autem xxvi predictorum maritus potest esse vel maior burgi.
ua ut predicta gaudeat libertate. In hiis siquidem predictis viginti sex personis, aut
in illis que in locum eorum per abbatem fuerint subrogate, nullam episcopus vel archidiaconus
potestatem habebit, nisi de eorum matrimonio separando agatur. Illa etenim causa
pleno iure ad episcopum et archidiaconum pertinebit. Uxores autem predictorum sex servitorum
in parrochia de Monte extra canonicorum septa manentium iurisdictioni episcopi
et archidiaconi in omnibus spiritualibus subiacebunt, eo salvo, ut propter forefacta maritorum
suorum interdici vel excommunicari non possint. Et quamdiu in parrochia positum fue-
rit interdictum, liceat ipsis sicut et viris earum in altari parrochiali audire divina.

In predicta autem parrochia de monte neque episcopo sine consensu canonicorum, neque canonicis sine episcopo novam ecclesiam seu capellam edificare licebit. In augmentum vero predicte parrochie datum est ad habitandum vineam suam de brunello ita ut omnes qui in loco illo habitaverint cum aliis parrochianis de monte a presbytero parrochie supradicte divina percipiant sacramenta, et ad episcopum et capitulum pleno iure pertineant. Similiter et illi qui habitabunt in clauso quod dicitur mali vicini si quando illud inhabitari contigerit. Preterea ecclesiam de Roissiaco data est canonicis memoratis ad eorum usum perpetuo possidendam cum additamento ville que dicitur vallis dellandi, in qua villa licebit canonicis predictis de monte si voluerint edificare capellam, episcopi tamen iurisdictioni subiectam, et tam in ecclesia de Roissiaco quam in ipsa capella futura et in aliis eorum ecclesiis parrochialibus ad curam animarum recipiendarum presbyterum episcopo presentabunt. De procurationibus autem quas episcopus in eorum ecclesiis parrochialibus exigebat, ita statutum est ut ecclesie de Jarziguiaco, de espinolio, de vanuis, de flanch', de Rod' et sancti medardi a procurationibus episcopi libere sint penitus et immunes. Verum in ecclesia de Roissiaco quatuor libras parisiensis monete accipiet predictus episcopus annuatim de quibus procurationem unam vel plures sibi parabit episcopus in ipsa ecclesia de Roissiaco, vel in qua voluerit predictarum. Predicta quoque canonia sancte genovefe ut omnis amoveatur annuente domino materia seditionis et scandali, capellam sancte genovefe sitam in civitate parisius dederunt episcopo et successoribus eius imperpetuum liberam et quietam, nullo sibi in ea iure retento, ut possit ipse vel successores eius de predicta capella pro sua voluntate disponere. Prebendam quoque et vicariam quas predicta canonica in ecclesia beate marie parisiensis habebant, predicto episcopo et eius successoribus quitaverunt nichil omnino sibi iuris in predicta prebenda seu vicaria reservantes. Hec autem omnia rata imperpetuum servabuntur, non obstante sententia summi pontificis quam pro se parisiensis episcopus inducebat, vel aliis quibuslibet munimentis ab alterutra partium impetratis, vel in posterum impetrandis. In huius rei testimonium et perpetuam firmitatem duo scripta in eundem tenorem confecta sunt, quorum alterum habebit ecclesia parisiensis sub sigillis duobus abbatis videlicet et capituli sancte genovefe, et reliquum habebit ecclesia de monte similiter sub duobus sigillis episcopi scilicet et capituli sancte marie parisiensis. Actum anno incarnati verbi M°. ducentesimo secundo. Mense Junio.

Confirmatio compositionis facte inter episcopum et ecclesiam parisiensem et ecclesiam beate genovefe super iure parrochiali in parrochia de monte et aliis parrochialibus ecclesiis dicte ecclesie beate geno-

Janvier 1202

Universis xpi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit. Helyas beate columbe
senon̄ abbas et Johannes magister scolarum aurelian̄ eternam in dño salutem.
Mandatum apostolicum ad nos sub hac forma descendit. Innocentius eps servus servorum
dei dilectis filiis abbati sce columbe senon̄ et magistro scolarum aurelian̄ salutem et
apostolicam bn̄d. Cum inter venerabilem fratrem nostrum par. epm et dilectos filios abbatem sce
genouefe ac eorum capitula questio super iure parrochiali in parrochia de monte.
sr capella sce ge. sita in ciuitate par. et super procurationibus quas dicitur eps in parrochialibus
ecclesiis par. dioc. ad predictam ecclesiam sce genouefe de monte pertinentibus requirebat. diu
diuque fuisset controuersia uentilata tandem post labores uarios et fatigationes mul
timodas quas pro hoc sustinuerunt utrinque et de utriusque partis assensu mediantibus
bonis uiris. salua sedis apostolice reuerentia eo fuit inter eos tenore compositum.
quiuis nobis litteris plenius expresserunt. pari desiderio et uoluntate unanimi sup
plicantes. ut eidem compositioni ipsis et eorum ecclesiis nostre manum nostre confirma
tionis apponere dignaremur. Nos ergo ipsorum precibus inclinati compositionem ipsam
sicut sine prauitate prouide facta est et ab utraque parte sponte recepta et in scriptis
autenticis continetur. dummodo non uergat in preiudicium sedis apostolice ad quam ecclesia
sce genouefe nullo mediante dinoscitur pertinere. mandauimus atque precepimus
inuiolabiliter obseruari. Quocirca discretioni uestre per apostolica scripta mandamus
quatinus cognita plenius ueritate. si compositionem ipsam secundum prescriptum mo
dum factam inueneritis et receptam. eam auctoritate nostra confirmare curetis.
id nobis postmodum per uestras litteras intimantes. ut et nos ipsam per uestram rela
tionem instructi auctoritate apostolica confirmemus. Dat. lateran. v. Id. nouebr.
pontificatus nostri Anno quinto. Nos igitur mandatum apostolicum sub prescripto teno
re receptum deuote cupientes efficaciter adimplere. par. apud scm marcellum
conuenimus. ibique partibus in nostra presentia constitutis et uocatis nobiscum uiris
prudentibus et in iure peritis. formam compositionis predicte et ecclesie sce genouefe priuile
gia diligenter inspeximus. et inquisitione facta super hiis de quibus summus pontifex
mandauerat a nobis inquiri. compositionem ipsam sine prauitate factam et a partibus
sponte receptam inuenimus. et ecclesiam sce genouefe in nullo dampnificatam.
nichilque quod in preiudicium sedis apostolice uergat reperimus attemptatum.
Ideoque compositionem ipsam auctoritate apostolica confirmauimus. sicut in scriptis
autenticis que oculata fide inspeximus continetur. In huius itaque rei testimoni
um et euidentiam presentem paginam sigillorum nostrorum fecimus impressione mu

nici. Actum anno incarnati ubi cristo. Ducentesimo secundo. Mense Januar.

Item de eadem confirmatione.

5 Sanctissimo in xpo patri ac domino Innocentio dei gratia sancte romane ecclesie summo
pontifici. humiles servitatis sue servi. Helyas sancte columbe senonensis abbas. et J. ma
gister scolarum aurel. salutem et debite servitutis obsequium. Placuit sanctitati vestre
nobis scribere sub hac forma. Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis abbati
sancte columbe senonensis et magistro scolarum aurel. salutem et apostolicam benedictionem. Cum inter ve
nerabilem fratrem nostrum parisiensem episcopum et dilectos filios abbatem sancte genovefe ac eorum
capitula. ecclesias super iure parrochiali in parrochia de monte super capella sancte ge
novefe sita in civitate paris. et super presentationibus quas dictus episcopus in parrochialibus ec
clesiis par. dioc. ad predictam ecclesiam sancte genovefe de monte pertinentibus requirebat.
diutius fuisset controversia ventilata. tandem post labores varios et fatigatio
nes multimodas quas pro hoc sustinuerunt utrimque. de utriusque partis assensu
mediantibus bonis viris salva sedis apostolice reverentia eo fuit inter eos tenore
compositum. quem sui nobis litteris plenius expresserunt. pari desiderio et volun
tate unanimi supplicantes. ut eidem compositioni ipsis et eorum ecclesiis necne ma
num nostre confirmationis apponere dignaremur. Nos ergo ipsorum precibus incli
nati compositionem ipsam sicut sine pravitate provide facta est. et ab utraque parte sponte
recepta et in scriptis autenticis continetur. dummodo non vergat in preiudicium se
dis apostolice ad quam ecclesia sancte genovefe nullo medio dignoscitur pertinere. Man
damus atque precipimus inviolabiliter observari. Quocirca discretioni vestre per
apostolica scripta mandamus. quatinus cognita plenius veritate si compositionem
ipsam secundum prescriptum modum factam inveneritis et receptam. eam auctoritate nostra
confirmare curetis. id nobis postmodum per vestras litteras intimantes. ut et nos
ipsam per vestram relationem instructi auctoritate apostolica confirmemus. Dat. lateran.
v. Id. novembris. pontificatus nostri anno Quinto. Nos igitur mandatum vestre
sanctitudinis cupientes devote et efficaciter adimplere. pariter apud sanctum marcellum
convenimus. Ibique partibus in nostra presentia constitutis et vocatis nobiscum viris
prudentibus et in iure peritis. formam compositionis et ecclesie beate genovefe privile
gia diligenter inspeximus. et inquisitione facta super hiis de quibus mandastis inqui
ri. compositionem ipsam sine pravitate factam et a partibus sponte receptam invenimus
et ecclesiam sancte genovefe in nullo dampnificatam. nichilque quod in preiudicium sedis

aplice uergat reperim⁹ attemptatum. Iccoq3 compōnem ipam auctoritate uīa
confirmauim⁹. 7 id sctati uīe per nras litteras intimamus. Bn̄ ualt̄ in dn̄o.

De iure parrochiali in parrochia de monte.

Sanctissimo pr̄i ac domino. Innocentio dei gr̄a summo pontifici. H. uizili
acen̄ eccē 7. A. sc̄i petri autissiod. ministri humiles 7. E. decanus aurel. salutem
7 tam promptam q̄m debitam in omnib3 obedientiam. Placuit sctati uīe me
diocritati nr̄e mediocritati committe cām q̄ uertitur int̄ par. epm ex una parte
7 abbem 7 cōe genouefe ex altera super iure parrochiali q̄ ep̄s in parrochia de mon
te se hr̄e dicebat. sub certa forma t̄minandam. Cumq3 pluries partib3 coram no
bis constitutis allegationes 7 attestationes utriusq3 partis super possessorio q̄ primū
expediendum nobis a sctate uīa iniunctum fuerat recepissemus. demū ab utraq3
parte allegationib3 7 testib3 renūciatū ē 7 no ip̄is ad audiendam sententiam
super ia dc̄o possessorio diem assignauimus q̄m partes receperunt. Cumq3 ad
diem extremum coram duob3 ex nobis. s. abbate uizil. 7 decano aurel. p̄tes ap̄
autissiod. partes constitute fuissent. tercio absente. scilicet abbate sc̄i petri. nec
per litteras. nec alio legittimo modo se excusante. dc̄s abbas ne ad diffinitiuam
sententiam nos duo procederemus. secundum quod de iure poterat inhibuit. tū
p̄p absentiam tercii. tum p̄p litteras q̄ a nobis secundo ad nos tres emanauant.
inquib3 continebatur q̄ n̄ nisi de consensu utriusq3 partis ad diffinitiuam sen
tentiam procederemus. 7 abbas dicit se non consentire. 7 si ultra uellemus procede.
appellationem ad nos imposuit. Nos autem duo iudices nequaquā ad sen
tentiam processimus. 7 tunc tercius iudex comparuit. 7 licet ia motū cā nri
confirmassemus. rogauimus tamen partes. ut ob reuerentiā uīam nos a
tanto onere liberarent. 7 sententiam nobis reseruari consentirent. q̄ abbas
dc̄s concessit. Ep̄s uero ita respondit se nullatenus concessurum. aut p̄p appella
tionem q̄m p̄fatus abbas eadem die imposuit. q3 illam sublatam in cō
missione allegabat. 7 q3 super possessorio leges quib3 canones non contradicunt
appellationem n̄ admittunt. nec p̄p litteras q̄ nobis ex parte uīa exhibite fue
rāt c̄ n̄ rēm commissionis ad nos fc̄e reuocatorie q̄ non obstantib3 litteris p̄cedētē assen
sum partium impetrate fu͡a fuerat. nec p̄p ea q̄ ius esset relaturum si ut p̄n
ceps iudicet consentientib3 siue differentib3 iudicib3. S3 tantūmodo p̄p reue

Sz diem illā usq3 i mane progauim⁹.

reniam nostram, et quia summa tenebat fiducia ut litem suam nullatenus sub nostro examine pereunnam. Ideoque allegationes et attestationes partium sub nostris sigillis privatam vite transmittimus. Diem ipsis in festo sancti Andree apostoli proximo futuro prefigentes qua coram nobis compareant, ad ore vestro sententiam super eam deo posset sorte auditari.

De sale.

De excambio .xii. librarum par. videlicet .viii. librarum de censu in clauso mali vicini et .iiii. librarum pro sale in portu ad magnum pontem.

février 1234 — G[ui]o Matheus de Marliaco miles omnibus presentes litteras inspecturis in domino salutem. Noverit universitas vestra quod nos elemosinam quam fecit Margarita, for[te] nostra uxor quondam Haimeric vicecomitis Narbone de Allenstu et voluntate dicti Haimerici eidem portus regis secundum quod in litteris dicti vicecomitis plenius continetur ratam habemus. Ratum etiam habemus excambium factum super dicta elemosina inter dictam etiam de portu regis et etiam sie genouefe par. secundum quod in litteris exinde confectis plenius continentur. Quod ut ratum et firmum permaneat, presentes litteras sigilli nostri munimine confirmamus. Actum anno domini .m°. cc°. xxx°. quarto, mense febr.

Item de eodem excambio.

août 1231 — Aimericus dei gratia vicecomes Narbone universis presentes litteras inspecturis salutem in domino. Notum vobis fieri volumus quod bone memorie Margarita quondam uxor mea de assensu et voluntate nostra in puram et perpetuam elemosinam dedit domui portus regis .xv. libras turon. percipiendas singulis annis in terra Marciaci sua que est in francia in civitate paris. videlicet .x. libras in clauso mali vicini, et per reliquis centum sol. totum nostrum redditum salis quem habemus in portu eiusdem civitatis videlicet unum sextarium salis de singulis navibus que advenerint vel venerint fuerint in eodem portu singulis annis a festo sancti Andree apostoli usque ad nativitatem domini ad tenendum unum capellanum in dicta domo portus regis qui tam pro nobis quam pro ipsa necnon et liberis et amicis nostris cotidie celebrabit. Quam donationem nos volumus et concedimus et laudamus. Immo etiam pro salute nostra et eiusdem Margarite necnon et liberorum nostrorum et amicorum nostrorum eandem donationem facimus et ad perpetuam firmitatem

obtinendam sigilli nostri munimine roboramus. Actum anno gratie M°. CC°. xxxii°. mense augusto.

Item de eodem excambio.

Noverint universi presentes litteras inspecturi quod ego Petrus dominus Marliaci donationem quam fecit domui portus regis bone memorie Margareta antiqua mea duodecim libratarum reddituum parisiensium apud Parisius percipiendis videlicet vii. libras in censu de clauso mali vicini et quatuor libratas in reddito ... quem eadem Margareta habebat parisius volui et concessi et presentibus litteris sigillo meo roboravi. Actum anno gratie M°. CC°. xxx. iii. mense maio. mai 1233.

Item de eodem excambio.

Ego Bochardus de Marliaco miles omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Noverit universitas vestra quod nos elemosinam illam quam fecit bone memorie Margareta antiqua nostra uxor quondam Haimerici vicecomitis Narbone de assensu et voluntate dicti Haimerici domui portus regis secundum quod in litteris dicti vicecomitis plenius continetur ratam habemus. Ratum etiam habemus excambium factum super predicta elemosina inter predictam ecclesiam de portu regis et ecclesiam sancte genovefe parisiensis secundum quod in litteris exinde confectis plenius continetur. Quod ut ratum et firmum permaneat presentes litteras sigilli nostri munimine confirmamus. Actum anno domini M°. CC°. xxx. quarto. mense februarii. fevrier 1234

Item de eodem excambio.

Ego Petrus dominus de Marliaco miles omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Noverit universitas vestra quod nos elemosinam illam quam fecit bone memorie Margareta antiqua nostra uxor quondam Haimerici vicecomitis Narbone de assensu et voluntate dicti Haimerici domui portus regis secundum quod in litteris dicti vicecomitis plenius continetur ratam habemus. Ratum etiam habemus excambium factum super predicta elemosina inter predictam ecclesiam de portu regis et ecclesiam sancte genovefe parisiensis secundum quod in litteris exinde confectis plenius continetur. Quod ut ratum et firmum permaneat presentes litteras sigilli nostri munimine confirmamus. Actum Anno domini M°. CC°. xxx. nono. mense Julio. juillet 1239

Item de eodem excambio.

Omnibus presentes litteras inspecturis frater R. vallium sarnaii dictus abbas cisterciensis ordinis totusque eiusdem loci humilis conventus salutem in domino. 1234

234. Noverint universitas vestra quod cum bone memorie Margar. vicecomitissa Narbonen.
dedisset assensu hay[meric]i mariti sui in puram et perpetuam elemosinam conven
tui portus regis quindecim libras turonen. que erant de maritagio suo in civitate pa
risien. videlicet .x. libras turon. in clauso mali vicini in censiva abbatis et con
ventus sancte geno. par. et in precio centum sol. turon. totum redditum salis quem ha
bebat et percipiebat dicta margarita singulis annis tempore sancte elemosine paris. et
portu sequane subtus magnum pontem videlicet unum sextarium salis in sin
gulis navibus que invente erant vel veniebant ibidem a festo sancti andree apostoli
usque ad nativitatem domini. Marg. abbatissa et conventus portus regis de as
sensu et voluntate vestra tradiderunt easdem quindecim libr. turon. abbati et con
ventui sancte genovefe par. possidendas imperpetuum pro .xv. libr. par. quas dicti ab
bas et conventus sancte genovefe par. tenentur reddere dictis abbatisse et conventui por
tus regis pro excambio quindecim libr. turon. supradictarum singulis annis paris.
apud sanctam genovefam hiis tribus terminis subnotatis videlicet in octabis omnium
sanctorum .iiij. libr. par. et in octabis nativitatis domini .iiij. libr. paris.
et alias .iiij. libr. in octabis pasche. Quod ut ratum et firmum permaneat
sigilli nostri munimine roboravimus. Actum anno domini m°. cc°. Tricesi
mo .iiij°.

Item de eodem excambio.

1234. Omnibus presentes litteras inspecturis. soror. M. dicta abbatissa portus regis cister
cien. ordinis. totusque eiusdem loci conventus salutem in domino. Noverit u
niversitas vestra quod cum bone memorie. Marg. vicecomitissa Narbon. dedisset nobis
assensu haymerici mariti sui in puram et perpetuam elemosinam quindecim
libr. turon. annui redditus que erant de maritagio suo in civitate paris. vi
delicet decem libr. turon. in clauso mali vicini in censiva abbatis et conventus
sancte genovefe par. et in precio centum sol. turon. totum redditum salis quem
habebat et percipiebat singulis annis dicta margarita tempore sancte elemosine paris.
in portu sequane subtus magnum pontem videlicet unum sextarium salis
in singulis navibus que invente erant in eodem portu vel veniebant ibidem
a festo sancti andree usque ad nativitatem domini concessimus et tradidimus eid.
abbati et conventui sancte genovefe assensu et voluntate abbatis vallium sarnaii patris nostri et con
ventus eiusdem loci dictas quindecim libr. turon. imperpetuum possidendas pro
excambio .xv. libr. par. quas nobis dicti abbas et conventus sancte genovefe

singulis annis tenentur reddere par. apud sanctam genovefam hiis terminis subnota-
tis. videlicet in octabis omnium sanctorum .iiij. libr. par. In octabis nativitatis domini quatuor libr. par. et alias .iiij. libr. in octabis pasche. Quod ut ratum et firmum permaneat presentes litteras sigilli nostri munimine roboravimus. Actum anno domini .m°. ducentesimo. Tricesimo. mense aprili.

Item de eodem excambio.

\+ Omnibus presentes litteras inspecturis. Bouchardus dominus montis morentiaci salutem in domino. Noverit universitas vestra quod nos elemosinam illam quam fecit margarita uxor quondam haymerici vicecomitis narbonensis de assensu et voluntate dicti haymerici ecclesie portus regis. secundum quod in litteris dicti vicecomitis plenius continetur. videlicet redditum salis quem habebat predicta margarita de maritagio suo in portu civitatis par. subtus magnum pontem scilicet unum sextarium salis de singulis navibus que advenerint vel inventae fuerint in eodem portu singulis annis a festo sancti andree apostoli usque ad nativitatem domini. qui redditus supradictus movet de feodo nostro ecclesie beate genovefe par. imperpetuum quiete et pacifice possidendam quitamus et contra omnes garentizare promittimus bona fide. Quod ut ratum et firmum permaneat: presentes litteras sigilli nostri munimine confirmamus. Actum anno domini .m°. cc°. xxx°. quarto. mense aprili. 1234

De renunciatione litis hominum de rodoniaco quorum nomina in presenti pagina subscripta sunt.

Universis presentes litteras inspecturis. G. humilis abbas sancti petri. Thomas archidiaconus pisciacensis. Guillelmus cancellarius carnotensis. iudices a domino papa delegati in causa que vertebatur inter abbatem et conventum sancte genovefe par. ex una parte et homines de rod. ex altera salutem in domino. Noverit universitas vestra quod homines de rod. quorum nomina in presenti pagina subscripta sunt. coram venerabilibus viris. Gaufrido archidiacono par. et magistro bartholomeo officiali eius a nobis specialiter deputatis confessi sunt spontanea voluntate se nolle de cetero litigare contra abbatem et conventum sancte genovefe predictos super causa manus mortue. que vertebatur coram domino. G. archiepiscopo. et iohanne archidiacono senonensi et G. cancellario mediolanensi. auctoritate apostolica. post ad nos per appellationem ad dominum papam interpositam de mandato ipsius domini pape translata. eidem cause seu liti. nec non litteris tam impetrandis quam impetratis imperpetuum renunciantes et fide prestita promittentes renunciationes huiusmodi

a nobis auctoritate apostolica

firmit obseruare. sicut per tenores litterarum subsequentes apparet. in quibus
litteris sigillatis tam sigillo dni archid par. quam sigillo curie ipsi tenores ipsos uer
bo ad uerbum uidimus contineri.

De renunciatione litis inferius annotate.

fevrier 1223

G archid paris. omnibus presentes litteras inspecturis salutem in dno. Johannes
et Azo tuebuef. Johannes quendo et vigilia quondam uxor defuncti guerri
ni in presentia nra constituti confessi sunt spontanea uoluntate se nolle decetero
litigare contra abbem et conuentum sce genouefe par. super causa manus mortue
que intebatur coram domino G. archiepo et J. archid senon et G. cancellario
mediolan. auctoritate aplica. eidem cause seu liti. necnon et litteris tam im
petratis quam impetrandis imperpetuum renunciantes. In cuius rei memoriam et
testimonium presentes litteras sigillo nro fecimus consignari. Actum an
no domini. M. ducentesimo. xx. iii. dominica die proxima post purific.

De renunciatione litis inferius expresse.

octobre 1224

O mnibus presentes litteras inspecturis. G. archid paris salutem in domino.
Nouerint quod ancelinus. Gilebertus fil. erteaudis. Jacob gener lisardi.
Guillmus filius decl. Ogerus filius decl. de Rod. in presentia nra constituti confes
si sunt spontanea uoluntate se decetero nolle litigare contra abbem et conuentum
sce genouefe parisien. super causa manus mortue que intebatur coram domino
archiepo et J. archid. senon. et G. cancellario mediolan. auctoritate aplica eid
cause siue liti. necnon litteris tam impetratis quam impetrandis imperpetu
um renunciantes. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nro duximus
roborandas. Actum anno domini. M. CC. uicesimo quarto. mense octobr.
die dominica post festum bi luce euangeliste.

Item de renunciatione litis subnotate.

5 janvier 1224

G Archid paris. Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino.
Nouerint quod in presentia nra constituti. Fortinus. Ogerus grifon. herbert
filius pinbaldi. de Rod. confessi sunt spontanea uoluntate se decetero nolle liti
gare contra abbem et conuentum sce genouefe par. super causa manus mor
tue que intebatur coram domino archiepo et J. archid. senon. et G. cancellario

mediolan. auctoritate aplica eidem cause fuit Im. necnon litteris tam impetr(a)tis quam impetrandis imperpetuum renunciantes et hec fore predicta promiserunt se firmiter observaturos. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro duximus roborandas. Actum anno domini m° cc° vicesimo quarto. mense januarii in vigilia ephie.

Item de renunciatione lrar quam inferius exprimitur.

Aufridus archiepiscopus par. omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Noverit quod Nicholaus filius defuncti heroardi in presentia nostra constitutus confessus est spontanea voluntate se decetero nolle litigare contra abbatem et conventum sancte genovefe par. super causa manus mortue quam ventilabatur coram domino archiepiscopo et J. archidiacono senon. et B. cancellario mediolan. auctoritate aplica eidem cause fuit Im. necnon litteris tam impetratis quam impetrandis imperpetuum renuncians. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro duximus roborandas. Actum anno domini m° ducentesimo. vicesimo quarto. mense maio. sabbato ante ascensionem domini. may 1224

Dequitatione cuiusdam decime. et de debito. iiij. sext. bladi.

Officialis curie par. omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. févier 1231.

Noverint quod in nostra presentia constitutus Willelmus de trochya miles recognovit se quittasse ecclesie religiosis viris abbati et conventui sancte genovefe paris. quandam decimam fratrem in feodo ipsius militis. Recognovit etiam quatuor sextarios bladi se debere restituere super hoc constituto fideiussore abbati et conventui supradictis. Promisit insuper quod nec per se nec per alium dictos abbatem et conventum super dicta decima decetero molestabit. Immo ipsos super eadem decima garantizabit. quantum ad ipsum pertinet sine missione aliqua vel aliquibus costamentis et bladum supradictum reddere promisit sicut fide data. Datum anno domini m° cc° tricesimo primo. mense februarii.

De terra philippi anglici apud framillam.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Renaudus archiepiscopus meledunensis salutem in domino. Notum vobis fieri volumus quod Galterus presbyter et procurator ecclesie de baalli in presentia nostra constitutus dedit et concessit philippo anglico octobre 1230

z eius heredibz terram suam apud Framulliacum imperpetuum possidendam.
quam inmunem ab omni campipartte tenebat pro terra sua apud dictam leprosiam.
quam idem philippus tenebat. Ita tamen quod dicta terra que solebat esse dicti philippi erit
immunis ab omni campipartte. terra que solebat esse dicte leprosie persoluet domino
fundi dictam campipartem. Hanc autem mutationem fratres z sorores dicte leprosie
coram nobis uoluerunt z concesserunt. Quod ut ratum ac stabile permaneat: presentes litteras ad petitionem partium sigilli nostri fecimus munimine roborari.
Datum anno domini mo. ducentesimo. Tricesimo quarto. mense Octobri.

Testimonium per sententiam lata contra theobaldum z odonem. homines sancte geno. par.

+ Ego Girardus par. archid. omnibus ad quos presentes littere peruenerint in domino salutem.
Audiuimus z audiuimus z testamur. Inde est quod ad communem omnium noticiam
uolumus peruenire. quod cum magister petrus. tt. sancti grisogoni presbiter card. apostolice sedis legatus
ex mandato domini pp. cognosceret de causa status que uertebatur inter ecclesiam beate genouefe
z quosdam homines de vannis. scilicet theobaldum z odonem filios Raineri
de ualle allegationibz z attestationibz utriusque partis diligenter auditis z cogni
tis z cognitis. consilio habito cum multis religiosis z sapientibz uiris. nobis
quoque presentibz par. apud sanctum martinum de campis. pronunciauit idem sancte ro
mane ecclesie card. z legatus predictos theobaldum z odonem pro censu capitis ecclesie sancte
genouefe. iiij. denar. non debere. Eosdem autem esse homines predicte ecclesie cum hijs co
suetudinibz. Non possunt filios suos clericos facere: nisi ex concessione ecclesie. fili
os suos aut filias non possunt matrimonio coniungere cum hominibz alterius bal
liue. siue dominatus. Caducum. id est. mortuam manum debent. In necessitatibz
ecclesie dabunt conueniens auxilium de suo iuxta consuetudinem regni. Huic
sententie cum proferretur presentes interfuimus. z quod sic z formata z recitata
a domino card. eodemque legato fuerit: testimonium perhibemus. Quod ne forte
alicuius astucia uel malicia impediri possit: presenti cartule commendauimus z sigil
lo nostro fecimus confirmari.

Nota de [illegible]

octobre 1234

De emptione dotalicij Ermenjardis uxoris Symonis dagone.

Omnibz presentes litteras inspecturis officialis curie par. salutem in domino.
Notum facimus quod in nostra presentia constituta Ermenjardis uxor Symonis
dagone recognouit se uendidisse de assensu z uoluntate dicti Symonis mariti

sui ecclie sce gen par. p lx sol. par. s^i solutis ut confessa e coram nobis dotalicium
quod hebat ex parte defuncti thome de Comains quondam mariti sui in duobz
arpennis r dimidio quarterio terre site apud Comains pmittens fide media q contra
uenditionem istam non ueniet in futurum. Predcs uero Symon maritus dce E.
dcam uenditionem uoluit. laudauit. concessit. r dce E. pbuit auctoritatem uen
dendi coram nobis. Dat anno domini. m^o. ducentesimo. xx^o. iiij. mense octobr.

De decima de lendeuilla.

Magr. h. Offic. iar curie par. Omnibz psentes litteras inspecturis salutem in
domino. Nouerint q maria maioissa de lendeuilla in psentia nra constituta
quitauit abbi r conuentui be genouefe par. siquid iuris hebat in decima de len
deuilla qm dci abbas r conuentus dicebant ad se pertinere. Fide psita corporali
pmittens q nichil in dca decima reclamabit. Jurauit insuper coram nobis q fideli
r bona fide ostendet abbi r conuentui pfatis uel eorum mandato terras r
certa loca in quibz dca decima percipi solet r debet. r q de omnibz ad eandem deci
mam spectantibz dicet eisdem plenissime ueritatem. In cuius rei testimonium
psentes litteras sigillo curie parisien. duximus roborandas. Act anno dni
. m^o. cc^o. xx^o v. mense maio. Vltima die maij.

De redditu. xvi. librarum puinen. apud puinu papiendaru.

Ego Anselmus siluanctis miles ... Omnibz psentes litteras inspecturis
notum facio q p me r agnetis uxoris mee r omnium bñfctorum meorum
animaz remedio constitui. ordinaui atq concessi. ut eccla be genouefe par. annu
atim tam in uita mea qm post mortem meam. sine mea. heredumq meoz
contradictione siue impedimento imperpetuum possideat. xvi. libr. annuatim
puinen. in octoginta libr puinen. quas in feod annuatim in portagio uinoz
de prouino percipiendas michi dederunt kma domina mea blanch. comitissa tre
cen. palatina. r Theobald comes natus eius. Ita uidelicet q abbas r conuent
pdce ecce ex pdcis. xvi. libs. viij. libr puin pcipiet annuatim in nundinis maij.
apud puinu. ex quadrag. libris quas nomine pdci feodi tunc ibidem pcipere
debeo annuatim. ego r heredes mei in portagio uinoz. Alias uero. viij. libs
simulr annuatim percipient in nundinis sci Ayguphi apud prouinu. ex aliis
xl. libris quas p eodem feodo ibidem tunc annuatim pcipere debeo ego r he

redes mei. h' ita ad opus anniuersarii mei et predicte uxoris mee post mortem nostram
in ecclesia predicta singulis annis celebrandi. et in uita nostra pro missa annuali a conuentu
in honorem beate genouefe celebranda in ecclesia sepedicta. quibus diebus ualentia .xl. sol.
par. ad refectionem prefati conuentus est assignata. Reliqua uero summa ex predictis
sexdecim libris et prouentibus debet remanere apud eandem ecclesiam pro prebenda unius
Nota de ecclesia sancti symphoriani canonici. quem abbas et conuentus ecclesie predicte cotidie celebrare facient in ecclesia sancti
symphoriani sita infra terminos parrochie et territorii prefati monasterii. In quorum
omnium testimonium presens scriptum sigillo meo duxi roborandum. et uiri re
ligiosi J. abbas et Th. prior sancti uictoris par. ad preces meas sigillis suis similiter
munierunt. Nos Johannes abbas et thomas prior sancti uictoris par. notum facimus
et testificamur omnibus presentes litteras inspecturis quod predictus anselmus in presen
tia nostra constitutus omnia predicta constituit. ordinauit atque concessit. et secundum quod
superius continetur ad preces ipsius prescripta omnia sigillorum nostrorum munimine
roborauimus. Actum anno gratie .m°. ducentesimo. uicesimo. mense Aprili.

xxvi. Januier 1221 + **De pace facta inter ecclesias sancti vedasti et sancti vulgisi de firmitate milonis.**

H. Aymardus dei gratia suessionensis episcopus. omnibus imperpetuum. Nouerit uniuersitas uestra
quod cum inter ecclesiam sancti vedasti de firmitate milonis ex parte una et capellam
sancti vulgisi eiusdem castri ex altera super cura parrochiali in dominio castri. militibus
et eorum familias. necnon et cimiterio et quibusdam aliis questio uerteretur. tandem
mediantibus bonis uiris facta est de consensu nostro. necnon et abbatis et conuentus sancti iohannis
suessionensis in vineis ex parte una. et abbatis et conuentus sancte genouefe par. ex altera. sicut
in autenticis eorum exinde confectis uerbo ad uerbum perspeximus amicabilis com
positio in hunc modum. Ordinatum est pro bono pacis quod prior sancti vulgisi nullum
omnino sepeliet in suo cimiterio nisi canonicos uel conuersos suos habitum religi
onis gestantes. nec baptizabit in fontibus suis aliquem de parrochianis sancti ve
dasti. nisi de assensu canonicorum sancti vedasti. Omnes clerici ibunt ad ecclesiam
quamcumque uoluerint. nec cogentur ab aliquo presbiterorum. Sed clerici de uilla omnia sacra
menta et sepulturam recipient a presbitero sancti vedasti. Extranei uero uiuentes omnia
sacramenta et extremam unctionem recipient a presbitero sancti vedasti. qui uocabit presbiterum sancti
vulgisi si clerici uoluerint. et iidem extranei mortui deferentur ad primam missam
ad sanctum vulgisum et exinde ad sepulturam ad sanctum vedastum. Omnes leuan

res tenebantes in domo pou̅s s̅ca̅ Wlgisi et viventes in pane suo et sale. sunt sunt eciam

stotes furnorum uel molendinorum uel quodcumque officium in domo eadem poui habeant.

de cura et familia prioris erunt. Si uero sunt presfamilias et domicilia habeant in

furnis uel molendinis uel aliis domibus sine uxorati siue non. erunt de cura s̅ca̅ ve

dasti. Dominus castri et milites feodati qui tenentur bone feodorum suorum facere stagium

pro custodia castri. secundum et familie tam domini quam dictorum militum erunt plene de cura s̅ca̅

Wlgisi. familiam uero hic ita intelligimus sicut supra de familia prioris. Custos uero

turris et portarii et asinarius et uigil qui de nocte turrem uigilat. si fuerint parro

chiani s̅ca̅ vedasti et habuerint uxores domos et familias extra breue cingulum castri.

erunt de prochia s̅ca̅ vedasti. hoc excepto quod in festis annualibus non cogentur eorum pro

ne qui manentes erunt infra breue cingulum castri. ire ad s̅ca̅m vedastum. et hoc.

pro tuitionem castri. ne sine custodibus remaneat. Alioquin si non fuerint prochiani

s̅ca̅ vedasti. nec habuerint uxores domos et familias extra breue cingulum castri.

erunt de cura s̅ca̅ Wlgisi. Breue autem cingulum castri intelligimus sicut modo est.

Ita quod non amplietur. De terris omnibus quas acquisierunt canonici s̅ca̅ Wlgisi tenebuntur

soluere decimas ecclesie s̅ca̅ vedasti. excepta modica terra continente semen unius

pichetti. que est iuxta granchiam suam. et preter sunt uirgulti. et de illa non soluent.

Ut autem hec compositio de consensu et uoluntate nostra facta. nunc et de consensu

et uoluntate abbatis et conuentus s̅ci̅ Johis suesso. in uineis. et abbatis et conuentus s̅ci̅

genouefe par. rata et inconcussa perpetuis temporibus obseruetur. ad instantiam u

triusque partis presentem paginam in huius rei testimonium et confirmationem sigilli

nostri munimine roboratam. predictis abbati et conuentui s̅ci̅ Johis suess. in uineis.

et abbati et conuentui s̅ce̅ genouefe par. digne duximus concedendam. ne qua possit

super premissis dubitatio seu calumpnia decetero suboriri. Actum anno domini. mo.

Ducentesimo. vicesimo. mense Jan[illegible]

De pace inter nos et monachos karoliloci. contra quidam depositi.

May 1228

a Dei gratia siluanecten. episcopus. Omnibus has litteras presentes inspecturis salutem in domino. Nouerit

... tas nos mandatum domini pape recepisse sub hac forma. Gregorius episcopus seruus seruorum

dei. venerabili fratri episcopo siluanecten. salutem et apostolicam benedictionem. Significantibus dilectis

filiis abbate et conuentu karoliloci cistercien. ordinis nos nouercis accepisse. quod cum olim

Guillelmus quondam custodem [illegible] monachus ante susceptum [illegible] religionis habitum

apud ecclesiam sancte genouefe paris. quandam deposuisset pecunie quantitatem. eodem ob
ferente postmodum ipsorum monasterio se ac sua. iidem postquam ad ipsorum peruenit
noticiam. dictam pecuniam ab abbate et conuentu ecclesie memorate prout pertinebat ad eos
sibi restitui postularunt. Quod cum abbas et conuentus iam dicti facere penitus denega
rent. bone memorie. H. papa predecessor noster suas eis dedit litteras in mandatis ut ipsis pe
cuniam restituerent memoratam. abbati sancti vincentii siluanectensi et suis conuidicibus di
rigens nichilominus scripta sua. ut si abbas et conuentus prefati ipsis pecuniam non
restituerent prelibatam. iidem partibus conuocatis causam audirent. et fine debito termina
rent. Cum autem super hiis coram eisdem iudicibus fuisset a partibus diutius discep
tatum. nominatus predecessor noster. abbati et conuentui sancte genouefe predictis per suas litteras
demandauit. ut depositum custodientes fideliter antedictum. nulli assignarent illud
absque ipsius licentia speciali. Quare a nobis humiliter postulabant. ut cum sepefati
abbas et conuentus sancte genouefe recognoscant ad ipsos iam dictum depositum pertinere.
ipsum eis restitui mandaremus. Quia uero nobis non constat de premissis. negocium
ipsum tuo duximus examini committendum. fraternitati tue per apostolica scripta mandantes
quatinus inquisita super premissis diligentius ueritate. si iam dictum depositum ad pre
scriptum monasterium karoliloci de iure noueris pertinere. sepefatos abbatem et con
uentum sancte genouefe. ut ipsum antedictis abbati et conuentui eiusdem cenobii restituant
ut tenentur. monere diligentius et inducere non postponas. ipsos ad id si necesse fuerit. subla
to appellationis obstaculo auctoritate nostra compellens. Alioquin dès ipsis firmiter
in mandatis ut depositum ipsum fideliter custodire curantes. illud nulli restituant
donec quid de ipso fieri debeat. per uestras eos litteras reddideritis certiores. Datum laterani
.iiij. non. decembris. Pontificatus nostri anno primo. Huius igitur auctoritate manda
ti. utrique parti diem assignauimus coram nobis. quibus in nostra presentia comparentibus.
monuimus et etiam induximus abbatem et conuentum sancte genouefe predictos. ut sepefatis
abbati et conuentui karoliloci. summam pecunie restituerent memoratam. Qui uidelicet abbas
et conuentus sancte genouefe humiliter et deuote obedientes mandato domini pape. restitue
runt abbati et conuentui karoliloci summam pecunie prenotatam. et de ipsa satisfecerunt
eisdem ad plenum. Ipsi uero abbas et conuentus karoliloci nominatos abbatem et conuen
tum sancte genouefe de predicta pecunia penitus quitauerunt. renunciantes omnibus
litteris. instrumentis uel aliis tam domini pape. quam iudicum ab ipso delegatorum si
non licet super hoc mote olim. uel que in posterum posset moueri. promittentes
quod ipsos contra omnes garantizabunt. si aliquo tempore uellent eos super predicta pe

curia molestare. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus appo
nendum. Actum anno domini millesimo. Ducentesimo. vicesimo octavo mense maio.

De nemore karoliloci.

1180

In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Ne legitime voluntates bona fide conve
nientium vel levitate mutari vel oblivione deleri possint ad maiorem cautelam quod non no
cet provisum est a maioribus simulque de bono et equo introductum ut pacta licita et obser
vatione condigna non solum exprimantur verbo: sed commendentur et scripto. Hinc est quod ego
Ingelrannus dictus abbas Karoliloci totusque conventus eiusdem humilis notum fieri volu
mus tam futuris quam presentibus, quod abbas sancte virginis genovefe stephanus totusque ipsius ecclesie
conventus dedit nobis ad censum annuum quinque solidorum parisiensium nemus quoddam
ipsorum cum ipso nemoris solo quod est ante abbatiam nostram. In quo et nos ex dono
canonicorum secularium prefate ecclesie et concessione ludovici regis francorum usuarium
et habueramus et habebamus. Nos autem predictos quinque solidos censuales singulis annis
in festo sancti remigii vel usque ad octabas fere sive sequentis eorum apud borrracum
persolvemus. Quod si in predicto termino negligentes in solvendo censu isto fuerimus:
et semel aut secundo requisiti non solverimus: fiet sicut de aliis censibus fieri so
let. Preterea sciendum quod nos pro hac nemoris et soli assecutione nonaginta libras
parisiensium memorate ecclesie sancte genovefe donavimus. ut exinde terram sive redditum e
meret. ne vel eadem ecclesia in iacturam suam videretur ex eo contractu aliquid alie
nasse. vel nos probare non possimus pecuniam illam in utilitatem eiusdem ecclesie versam
esse. Possidebimus itaque imperpetuum et habebimus predictum nemus cum solo tamquam propriam cen
sivam nostram. et ipsi abbas videlicet et canonici sicut domini censuales iure debitam adversus omnes.
et maxime adversus homines de borraco nobis portabunt guarentiam. Hanc conven
tionem itaque bona fide hinc inde habitam ad perhennem posterorum memoriam sigillo
nostro fecimus confirmari. Actum anno ab incarnatione domini. M. centesimo. Octoge
simo. Huius interfuerunt henricus silvanectensis episcopus. hugo abbas sancti vincentii sil
vanectensis. henricus archidiaconus silvanectensis. Laurentius et Arnulphus clerici. Gaufredus prior noster.
Guillinus subprior. Almaricus cellerarius. Bernardus. Rogerius. helcelinus. fulco. Sygerius.
Willelmus. monachi et sacerdotes. Albericus. Ludovicus. Petrus et Galterus. dyaconi.
Stephanus. Willelmus. Johannes. Radulphus. et Petrus subdyaconi.

De concambio inter nos et abbatem et conventum karoliloci.

lxxvij. 1193 +

[illegible]

Omnibus presentes litteras inspecturis officialis curie par. salutem in domino. Notum facimus quod cum esset contentio ut dicitur inter viros religiosos abbatem & conventum sancte Genovefe de monte ex una parte & Petrum de valle ursella armigerum ex altera super quadam domo sita ut dicitur apud malum dumum quae fuit defuncti Guillelmi de Glatigniaco & eius uxoris ut dicitur. In qua domo dictus Petrus armiger habet ut asserit medietatem & predicti abbas & conventus aliam medietatem ut dicitur. Tandem dictus Petrus in nostra presentia constitutus recognovit esse inter eos compositum in hunc modum videlicet quod ipse armiger & predicti abbas & conventus ut dicitur laborabunt quod dicta domus infra annum vendatur. Ita quod utraque pars habebit medietatem precii dicte domus. sicut idem armiger asseruit coram nobis. Asseruit insuper idem armiger convenitum esse inter eos quod nisi dicta domus vendita fuerit infra annum: extunc dicta domus dividatur. Ita quod idem armiger habeat medietatem. & dicti abbas & conventus aliam medietatem. sicut ipse armiger confessus est coram nobis. Et de hiis omnibus tenendis & fideliter adimplendis: idem armiger fidem in manu nostra prestitit corporalem. promittens sub prestite fidei religione se effecturum & procuraturum quod Constantia quondam [constantia] mater eius. Johannes. Radulphus. & Adam fratres dicti armigeri compositionem huiusmodi ratam habebunt. & perpetuo firmiter observabunt. Et de omnibus hiis tenendis & fideliter adimplendis dominus Petrus de Monsturolio miles & Petrus de la Roche armiger se plegios constituerunt coram nobis uterque in solidum & per fidem. Quod autem audivimus hoc testamur. salvo iure cuiuslibet. Datum anno domini .M. .CC. quadragesimo primo. Mense Augusto.

aoust 1241

De maioria de sancto germano.

Omnibus presentes litteras inspecturis officialis curie par. salutem in domino. Noverint universi nos anno domini .M. .CC. .XL. mense martio vidisse. inspexisse & verbo ad verbum legisse litteras inferius annotatas in hec verba. Ego Johannes abbas & conventus sancte

mars 1240

1236

genouefe par. Notum facimus presentibus et futuris quod nos concessimus Reginaldo filio
maioris nostri de sancto Germano maioriam nostram de sancto Germano tantum in uita sua pos-
sidendam. Ita quod nec heres eius post eum aliquid in ea iure hereditario reclamabit.
Sunt autem hec in maioria. Fluuieragium. terrarum campipartalium. et de singulis arpentis:
duo denarii de nuniagio. In mayo de quolibet arpento unus obolus. Fluctes uinarum
et terrarum campipartalium. panes et denarii de forestagio. Bonagia. Inuestiture. et de-
stricta. domus et pressorium in quo manet. Quotiens campipars in granchia nostra
ponetur: forrago erit maioris. Ita quod quando illuc ueniemus equis nostris forragium prouide-
bit. Et si extra granchiam ponatur: maior forraginem non habebit. Debet autem idem
maior abbati unam procurationem singulis annis. Quod ne ualeat obliuione deleri: pre-
sentes litteras sigillo capituli nostri fecimus roborari. fratrum nostrorum nomina subter
annotantes. Signum michaelis prioris. S. Johannis supprioris. S. Alardi et Rogeri pres-
biterorum. S. Andree et Roberti diaconorum. S. Joberti et Odonis subdiaconorum. Actum
1206 anno incarnationis uerbi. millesimo. Ducentesimo. Sexto. Copiam uero predictarum litterarum
fecimus sub sigillo curie parisiensis. Anno et mense predictis. Saluo iure cuilibet. Datum
parisius anno et mense predictis.

De maioria de Rungiaco.

Omnibus presentes litteras inspecturis. officialis curie parisiensis salutem in domino. Notum
Novembre 1241 facimus quod nos litteras quarum tenor inferius subscribitur anno domini. m°. cc°. xl°.
primo. mense nouembri uidimus in hec uerba. Ego Robertus abbas sancte ge-
nouefe par. totusque eiusdem loci humilis conuentus. Notum facimus uniuersis presentes
litteras inspecturis. quod nos concessimus Martino filio Johannis quondam maioris. ma-
ioriam nostram de Rungiaco. tantum in uita sua tenendam. nisi tale fecerit fo-
refactum pro quo eam debeat amittere. Tali conditione adiecta. quod post mortem eius
heredes ipsius nichil in ea poterunt reclamare. Sunt autem hec in maioria eadem
eidem Martino concessa. Inuestiture. bonagia. districta. quinque solidi de cen-
su in festo beati Remigii. Et quinque solidi de tallia quotiens fit in eadem uilla
pro domino rege. Et messagium terrarum pro segetibus nostris seruandis et hominum eius-
dem uille. Custodes autem uinearum constituet de consilio et assensu camerarii
nostri et hominum predicte uille. De terris autem nostris propriis messagium non habebit.
In cuius rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum
anno domini. m°. cc°. Quadragesimo primo. mense Mayo. Idem uero Martinus coram nobis
asserens dictam maioriam sibi concessam fuisse quo aduixerit ab abbate et

conventu predictis, promisit quod in dicta maioria nichil amplius quam quod superius dictum est vendica-
bit. Asseruit etiam quod heredes ipsius post decessum suum in ea nichil poterunt recla-
mare. Datum Anno domini M° CC° XL° primo, mense Novembri.

De custodia terrarum et hominum nostrorum de Lysiaco.

Universis presentes litteras inspecturis officialis curie Melden. salutem in domino. No- 11 aoust 1240
verint universi nos litteras venerabilium virorum abbatis et conventus Sancte Genovefe Par.
non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciosas vidisse et recepisse sigillis
eorum sigillatas in hec verba. Universis presentes litteras inspecturis Herbertus misera-
tione divina abbas Sancte Genovefe Par. totusque eiusdem loci conventus humiliter salutem in
domino. Notum facimus quod cum Robertus de Lysiaco voluntate et gratia nostra et non iure quod sibi
competat terram nostram de Lysiaco, homines nostros in partibus illis habitantes, et iura etiam
que ibi habemus diu custodierit, et emolumenta inde nobis habita per manum ipsius receperi-
mus, et universa nos ipsius servicium et diligentiam et que in hiis nobis utiliter servierit
intuentes, damus et concedimus eidem Roberto in perpetuum suum, videlicet quamdiu vixerit,
custodiam dicte terre et hominum iuris nostri nomine nostro possidendam et agendam, et
quod emolumenta inde proventura repetat et recipiat. Ita tamen quod cum receperit nobis
restituat universa, promittentes bona fide quod super hac facta sibi concessione personam
eiusdem Roberti non molestabimus nec procurabimus molestari, nisi tale fecerit fore-
factum per quod amittere debeat custodiam sibi concessam. Roberto vero viam universe
se carnis ingresso, custodia dicte terre et hominum, iuris nostri et emolumenta re-
ceptio ad nos pleno iure, libere, pacifice et sine contradictione qualibet revertetur,
et nullum erit in illa custodia nulla possessio nec quicquam aliud a successoribus su-
is vel aliis occasione concessionis istius in hiis vendicari poterunt neque peti. Jura-
vit autem idem Robertus tactis sacrosanctis quod dictam terram et homines, iura pre-
dicta et emolumenta inde proventura custodiet et diligenter repetet, et cum receperit
nobis restituet bona fide. In quorum testimonium presentibus litteris sigilla nostra
duximus apponenda. Actum Paris. anno domini M° CC° XL°, mense Julio. Dictus juillet 1240
vero Robertus coram nobis officiali curie Melden. confessus est donationem istam
et concessionem sub forma litterarum superdictarum insertarum et non alio modo ab eisdem abbate
et conventu sibi esse factam. Item confessus est se nichil penitus nisi dum vixerit in
rebus durantis habere debere, et quod nichil descendere potest ad suos heredes, promittens
quod successores ipsius in rebus predictis nichil reclamabunt. Nos vero ad petitionem
dicti Roberti presentes litteras sigillo curie Meld. fecimus sigillari. Actum anno domini

m°. cc°. Quadragesimo. mense augusti. sabbo in crastino sci Laur.

Septembre 1246

xxxv.

De quadam domo apud Espinolium ad annuum censum data.

+ Omnibus presentes litteras inspecturis officialis curie par. in dno salutem. Notum facimus quod in nra presentia constituti Guardus de sco benedicto draparius ci uis par. et Genouefa eius uxor recognouerunt se recepisse a religiosis uiris abbe et conuentu sce genouefe par. ad incrementum census Quadraginta quatuor solidorum par. augmentati census et ad duodecim denar. capitalis census. quandam domum cum suis pertinentiis sicut se comportat in longitudine et latitudine ante et retro. sitam apud Espinolium ut dicitur. que quondam fuit Oliueri filii defunc ti Osberti. ut dicitur. in censiua dictorum abbis et conuentus sce genouefe ut dicitur. Et promiserunt dcus Guardus et eius uxor fide in manu nra prestita corporali. quod dictum censum soluent annis singulis duobus terminis. videlicet medietatem census augmentati pdci ad natiuitatem bi iohis bapt. et aliam medietatem ad na tale dni. et ad festum bi remigii. dictum capitalem censum persoluent annis sin gulis in futurum. Tali tamen conuentione inter ipsos Guardum et eius uxorem. et abbem et conuentum sce genouefe pdce apposita ut dicebant. quod quotienscumque dci Guardus et eius uxor dictis abbi et conuentui sce geno. poterunt assignare et assig nauerint dictos quadraginta quatuor solidos augmentati census in loco com petenti parisius uel alibi. Ita competenter ut sufficienter ad estimationem bonorum ui rorum. dicta domus de Espinolio et eius pertinentie. eisdem Guardo et eius uxori. ac eorum heredibus quita et libera ab illis quadraginta quatuor solidis penitus remanebit. sicut ipsi Guardus et eius uxor confessi sunt coram nobis. Quod autem audiuimus. hoc testamur. saluo iure alieno. Dat. anno dni. m°. cc°. xl°. vj. mense sep tembri.

xxxvj.

Decembre 1243

De domo que fuit stephi et henrici archid. carnoten. prope scm hilarium.

+ Uniuersis presentes litteras inspecturis. Officialis Odonis parisien. eccle archid. in dno salutem. Nouerint nos anno dni. m°. cc°. xl°. iij. Die ueneris ante festum bi Nicholai hyemalis. litteras curie parisien. sigillo sigillatas uidisse et inspexisse sub hac forma. Omnibus presentes litteras inspecturis. officialis curie parisien. in dno sa lutem. Notum facimus quod in nra presentia constitutus magr petrus de sco ypolito clericus religiosi uiri abbis Cluniacen. recognouit se nomine suo et non nomine alterius emisse et possidere quandam domum siue domos que fuerunt uenerabilium uirorum

Stephi 7 henrici archidiaconor Carnoten. in censiua sce genouefe de monte paris. sitas
ppe ecclam sci hylarii paris. cum omni pprisio 7 platea q fuit ut dicit magri
Gonteri. Recognouit etiam idem magr petrus q easdem domos hactenus nomi
ne suo tenuerat 7 tenebat. Pmisit etiam idem magr bona fide q si dcam domu uen
diderit siue alio modo alienauit. seu extra manu suam posuerit. infra duos menses
a die alienationis pdce. religiosis uiris abbi 7 conuentui sce genouefe eandem ali
enationem significabit. hoc saluo q si tempore alienationis pdce ipm magrm
P. extra regnum francie ee contigit. eandem alienationem qm citi poterit
ipis abbi 7 conuentui intimaret. Confessus autem fuit idem magr q n pote
rat nec debebat ibidem oratoriu cu altari uel capellam edificare. nisi de eorz
abbis 7 conuentus pcedet uoluntate. Actum anno dni. m. cc. xl. primo. mense *Juin 1241*
Junio.

De quitatione. xx. sol. par. *... apud Champrosay ...*

Omnibz psentes litas inspecturis. officialis Odonis parisien eccle archid *8 octobre 1242* *...*
salutem in dno. Notum facimus q cum causa uerteretur coram balliuo
dne regine corbolien. int uenerabiles uiros 7 religiosos abbem sce genouefe
par. ex una pte. 7 Johem pontanu de corbolio ex altera. sup uiginti sol. par.
quos dcs Johes repetebat p landis a maiore abbis 7 conuent de campo roseto.
Tandem dcs Johes de bonorum uiror consilio in nra psentia constitutus recog
nouit q usus fuerit puo consilio. quitauit coram nobis pdcos uiginti sol.
dcis abbi 7 conuentui. pmittens fide media q contra quitatoem istam p se uel
p alium n ueniet i futurum. In cui rei testimonium psentes litas ad petitoem
dci Johis sigillo nro duximus roborandas. Dat anno dni. m. cc. xl. secundo
die mercur. i uigilia bi dyon.

Nemor apud Soysiacum.
De quitatoe qm fecit nob Nichola de Soysiaco. 7 ei uxor de usuario nemoru *fevrier 1242*
+ Omnibz psentes litas inspecturis. officialis curie Carnoten. salt in dno. No
uerint uniusi q in nra psentia constituti Nichola de Soesiaco dcs quarre
7 Aelidis uxor sua recognouerunt se ob remediu animar suar quitasse 7
ppetuu p se 7 heredibz suis uiris religiosis abbi 7 conuentui be genouefe
parisien. quicquid iuris hebant uel hre poterant in usuario omium nemor
pdcor abbis 7 conuent q sunt apud Soysiacu. quod usuarium uulgalit mor
tuu nem consueuerunt appellare. pmittentes fide corporali nobis psitam q contra

quitationem istam per se vel per alios minime venient in futurum. Predicta autem Aelidis uxor supradicti Nicholai dicti quatre spontanea non coacta simpliciter in manu nostra fide prestita corporali promisit quod in predicto usuario ratione dotalicii vel alia quacumque de causa per se vel per alium decetero nichil ultra reclamabit. In cuius rei testimonium ad peticionem sepedictorum N. et A. uxoris sue presentibus litteris sigillum curie Carnotensis duximus apponendum. Datum anno domini M° CC° XL° secundo mense febr.

De venditione domus que fuit Barth. de Clusa archid. Matiscon.

243 Universis presentes litteras inspecturis officialis archidiaconi Par. salutem in domino. Noverint universi nos anno domini M° CC° XL° IIII° die lune proxima post Ramos palmarum litteras sigillo religiosi viri R. abbatis sancte Genovefe Par. sigillatas non abolitas non cancellatas nec in aliqua parte sui viciatas vidisse et inspexisse sub hac forma.

Universis presentes litteras inspecturis Robertus humilis abbas beate Genovefe Par. rei geste noticiam cum salute. Noverit universitas vestra quod magister Petrus Bresondi, Jocendus de Saragnes archidiaconus Matisconensis executores testamenti seu ultime voluntatis bone memorie Bartholomei de Clusa archidiaconi Matiscon. pro se et pro Petro de Bosco burgensi Cluniaci executore eorumdem qui vices suas eisdem commiserat ut dicebant in nostra presentia constituti vendiderunt precio ducentarum et sexaginta librarum par. venerabili patri Bartholomeo dei gratia Quiclesiensi episcopo tamquam private persone tres domos contiguas que fuerunt prefati Barthol. sitas paris. prope ecclesiam sancti Hylarii supra videlicet que domus site sunt in censiva et dominio ecclesie nostre et obligate in octo solidis duobus denariis minus par. capitalis census reddendis nobis singulis annis in festo sancti Remigii. De qua pecunia dicti executores confessi sunt sibi plenarie esse satisfactum in pecunia numerata. Nos vero predicte venditioni auctoritatem prestantes de mandato et voluntate predictorum executorum de predictis domibus investivimus Thomam presbiterum procuratorem episcopi supradicti et de predicta venditione ventas nostras per manus Laurentii nostri camerarii plenarie recepimus a procuratore predicto. Qui procurator nomine domini sui episcopi predicti bona fide promisit quod in dictis domibus vel edificiis dictus episcopus non construeret oratorium seu capellam sine nostri et conventus nostri licentia speciali. Volens et concedens dictus procurator nomine dicti episcopi quod nos et ecclesia nostra in dictis domibus et fundo omnem iurisdictionem et omne dominium retineamus et exerceamus in illis sicut in aliis censivis nostris sitis par. in clauso sancti Symphoriani. Promittens nomine dicti episcopi quod dictus episcopus non

aliqs alius q ab ipo hãit cãm possions imediate seu mediate nichil faciet aut impetrabit cont aliquem articulũ pdcõrum. Q si in aliquo contrafiũt pos semus nos uice quomlibet expellere detemtorem nisi sup hoc coram nobis iustiam exhiberet. Rata nichilomin pfenti conuentione in omnibz supdcis et quibzcũq impetndis cont pmissa cunctis uiribz carituf. Renuncians dcs epi nomine bñficio restitutionis in integrũ et omis auxilio iuris scipti et n scipti p qd uellent pdcõrum aliqd irritare. Nos autem ad petitõem dcõz executorz psentibz litis sigillũ nrm apposuim in confirmatõem rei geste et testimoniũ ueritatis. Dat Anno dñi. m. cc. xl. iij. mense martio. mars 1243

De libertate hominũ de glaniaco iuxta crispeium.

Vniuersis psentes lras inspecturis. officiat curie siluanectñ. salutẽ in dño. Notũ facimus q coram nobis constituti. Bartholome de mes et Guillm frés. Mariade drulli. houdeardis de drulli. Adam de drulli et houdeardis uxor Johãnis triquet. sorores dcõz Barthol. et Guillmi. et petrus fouq et heloydis filia Erembugis. nepotes eorumdem. homines de corpore be genouefe. par. sic confessi sunt coram nobis. Et Robe de frenel p martino et ysabelli et Johe et Robto et Erembugi pueris suis hominibz de corpore eiie supdce sicut confessus e coram nobis. recognouerunt se debere p dco homagio eiie supdce. quilibet p se dimidiam libram cere annui reddit ad libram siluanect. premittentes p se et heredibz suis iuramento coram nobis pstito dcm redditum abbati et conuentui ste genouefe uel eoz nuncio in crastino omium scorum apud Borrenũ in domo sua se singuli annis ppetuũ soluturos. Ita qd quilibet qui ptem bonorũ habebit. uel ad tercem Quindecim annoz deuenit. p corpore suo dcam dimidiam libram cere psoluet loco et termino supradcis. nisi bona sua comunia possideant et tunc un p comunib bona possidentibz. dcm reddituũ redde tenebz. sicut supi e expssum. Concedentes nichilomi n q si in solutione dci redditus uel in toto uel in ptem defecint. ille q defecit. de eãe tenebitur ad emendam. Concedentes etiam q si aliquis huiusmodi redditum debuerit et feminã duxerit i uxorem q simili ad dcm redditum teneatur. utriq eorumdem p se dcam dimidia libram cere integralit exsoluet. Ita tam q dci abbas et conuentꝰ ab eisdem ut ab eoz heredibz manũmortuã n forismaritagiũ nec talliam poterunt petere. nisi ma

Mai 1245 De dimidia libra cere domi reddita

nentes fuerint apud Boretum. uel in locis in quibus talliam ab hospitibus suis reci-
pere consueuerunt. et tunc talliam tantummodo tamquam hospites reddere tenebuntur.
Si autem contingeret quod oporteret dictos abbatem et conuentum supradictos homines
requirere. in expensis hominum eorumdem eos requirere tenerentur. In cuius rei
testimonium presentes litteras ad petitionem dictorum hominum sigillo curie Siluanectensis
fecimus sigillari. Datum anno domini millesimo. ducentesimo. xl. v. mense maio.

De maioria sancti Germani super Scolam.

avril 1244

[O]mnibus presentes litteras inspecturis. magister Robertus officialis curie Senonensis in domino
salutem. Notum facimus quod in nostra presentia constituta Petronilla uxor Stephani de Poolli
[a]co presente dicto marito suo uolente et consentiente. ac super hoc eidem auctoritatem
prestante recognouit in iure coram nobis quod maioria de sancto Germano super Scolam. do-
mus. grangia. uinea sita retro granchiam et totum pourprisium ad domum et ad
granchiam pertinens supradictas. usque ad pratum contiguum illi loco ubi site sunt
res predicte. sunt et fuerunt a tempore a quo non extat memoria religiosorum uirorum
abbatis et conuentus sancte Genouefe parisiensis. et omnia premissa sunt et fuerunt ab antiquo
de proprio dominio ecclesie supradicte. Recognouit etiam in iure dicta Petronilla coram
nobis quod predicti abbas et conuentus iam pridem concesserunt defuncto Regi-
naldo quondam marito suo sub certis pensionibus et redditibus ad uitam ipsius
Reginaldi solummodo dictam maioriam cum domo. grangia. uinea supradictis.
et pertinentiis antedictis. Ita quod heredes ipsius Reginaldi. uel aliquis alius nomine ipsius
Reginaldi in predictis rebus seu earum pertinentiis iure hereditario. uel alio quocumque
modo nichil iuris in posterum aliquatenus reclamarent. Recognouit in-
super dicta Petronilla in iure coram nobis. quod nec ipsa nec eius filius quem ex e-
odem defuncto dicitur suscepisse. nec aliquis alius de suis uel extraneis ratione
predicti defuncti uel ratione ipsius mulieris siue filii sui habebant uel habere poterant.
aliquid in premissis. Recognouit etiam prenotata Petronilla coram nobis
in iure. quod predicti abbas et conuentus ipsi Petronille et Johanni filio suo primogeni-
to quo aduixerit. ipsi Petronille et Johanni. et alteri eorum qui superuixerit tantummodo
concesserant de gratia usumfructum in predicta maioria et rebus superius nomina-
tis. retentis eidem abbati et conuentui iustitia. dominio. et proprietate integrali-
ter in omnibus supradictis. Promisit etiam dicta Petronilla quod premissa omnia et sin-
gula in bono statu tenebit. et faciet et procurabit erga dictum Johannem filium

De domo lignea et grangia et maioria sancti Germani super Scolam

suum quod ipse quam

suam quod ipse Johannes cito ad etatem legitimam pervenerit, premissa omnia et singula coram officiali Senonensi qui pro tempore fuerit ad petitionem eorumdem abbatis et conventus vel procuratoris eorum confitebitur esse vera. Et ad omnia et singula supradicta fideliter adimplenda et tenenda se iuramento prestito obligabit idem Johannes. Ac super confessione et obligatione predictis eisdem abbati et conventui fieri faciet publicum instrumentum ac sigillari sigillo curie Senonensis. Promisit etiam memorata Petronilla quod si ipsa in aliquo vel in aliquibus premissorum deficeret, seu per se seu per alium contravenire in aliquo attemptaret, omnia dampna deperdita et expensas ac interesse ipsorum abbatis et conventus per solum iuramentum procuratoris eorumdem cui iuramento absque probatione alia credetur declaranda penitus resarciret, se et sua mobilia universa presentia et futura necnon et immobilia erga eosdem abbatem et conventum generaliter et specialiter coram nobis pignori et ypothece titulo obligando pro premissis omnibus et singulis adimplendis. Et etiam in hiis omnibus heredes suos et successores quoslibet oneravit. Renuntiantes quantum ad premissa omnia beneficio senatusconsulti velleiani, omni exceptioni tam facti quam iuris, cohercioni ut persone, omni iuris auxilio canonici et civilis, omni beneficio et privilegio concesso et concedendo, privilegio fori et consuetudini et statuto et omnibus aliis que possent obici contra presens instrumentum et que possent sibi vel heredibus suis prodesse et ipsis abbati et conventui nocere in aliquo vel in aliquibus premissorum. Et hec omnia facta sunt coram nobis de consensu et voluntate et auctoritate dicti Stephani mariti eiusdem Petronille. Qui videlicet maritus et dicta Petronilla de non veniendo contra premissa per se vel per alium fidem in manu nostra corporaliter prestiterunt, subicientes se quantum ad hec quocumque eant vel maneant iurisdictioni curie Senonensis. Datum anno Domini M°. CC°. XL°. IIII°. mense Aprili.

De maioria de Sancto Germano super Scolam. avril 1244

Omnibus presentes litteras inspecturis magister Robertus officialis curie Senonensis in Domino salutem. Notum facimus quod die sabbati ante ramos palmarum comparens in iudicio coram nobis Petronilla uxor Stephani de Polliaco litteras subnotatas non cancellatas non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas nobis tradidit et exhibuit in hec verba. Ego Johannes abbas et conventus Sancte Genovefe Parisiensis notum facimus presentibus et 1200
futuris quod nos concessimus Reginaldo filio maioris nostri de Sancto Germano maioriam nostram de Sancto Germano tantum in vita sua possidendam. Ita quod nec heres eius post eum in ea aliquid iure hereditario reclamabit. Sunt autem hec in maioria, flumina

gnu terrarum campipartalium. de singulis arpennis duo denarii de numagio. In maio de quolibet arpenno unus obolus. Fluces iuvarum terrarum campipartalium. panes et denarii de forestagio. Bonagia. investiture. et districta. Domus et pressorium in quo manet. Quotiens campipars in granchia nostra ponetur: fortago erit maioris. Ita quod quando illuc veniemus: equis nostris fortagium providebit. Et si extra granchiam ponatur: maior fortaginem non habebit. Debet autem idem maior domino abbati unam procurationem singulis annis. Quod ne valeat oblivione deleri: presentes litteras sigillo capituli nostri fecimus roborari. Fratrum nostrorum nomina subter annotantes. Signum Michael prioris. Signum Johannis supprioris. S. Alardi et Rogeri presbiterorum. S. Andree et Roberti diaconorum. S. Josberti et Odonis subdiaconorum. Actum anno incarnationis verbi M. CC. sexto. Quod autem in predictis litteris vidimus contineri: verbo ad verbum transcribi fecimus et sigillo curie Senonensis sigillari. ad peticionem religiosorum virorum abbatis et conventus sancte Genovefe Parisiensis copiam fieri de litteris prenotatis. Datum die sabbati supra annotata. Anno domini M. CC. XL. IIII. mense aprili.

1206 [E]go Johannes abbas et conventus De maioria de sancto Germano.

sancte Genovefe Parisiensis in monte. Notum facimus presentibus et futuris quod nos concessimus Regnaldo filio maioris nostri de sancto Germano. maioriam nostram de sancto Germano tantum in vita sua possidendam. Ita quod nec heres eius post eum in ea aliquid iure hereditario reclamabit. Sunt autem hec in maioria. Numagium terrarum campipartalium. et de singulis arpennis: duo denarii de numagio. In maio de quolibet arpenno unus obolus. Fluces iuvarum terrarum campipartalium. Panes et denarii de forestagio. Bonagia. Investiture et districta. Domus et pressorium in quo manet. Quotiens campipars in granchia nostra ponetur: fortago erit maioris. Ita quando illuc veniemus: equis nostris fortagium providebit. Et si extra granchiam ponatur: maior fortaginem non habebit. Debet autem idem maior domino abbati unam procurationem singulis annis. Quod ne valeat oblivione deleri: presentes litteras sigillo capituli nostri fecimus roborari. fratrum nostrorum nomina subter annotantes. S. Michaelis prioris. S. Johannis supprioris. S. Alardi et Rogeri presbiterorum. S. Andree et Roberti diaconorum. S. Josberti et Odonis subdiaconorum. Actum anno incarnationis verbi M. CC. sexto.

Item de eadem maioria.

mars 1240 [O]mnibus presentes litteras inspecturis Stephanus de Pruvino archidiaconus Parisiensis salutem in domino. Noveritis nos anno domini M. CC. XL. mense martio vidisse. inspexisse. et verbo ad verbum legisse litteras inferius annotatas in hec verba. Ego Johannes abbas et con

uenerabilis sancte genouefe paris. Florum facimus presentibus et futuris quod nos concessimus Reginal
do filio maioris nostri de sancto germano maioriam nostram de sancto germano tantum in uita sua
possidendam. Ita quod nec heres eius post eum aliquid in ea iure hereditario reclamabit.
Sunt autem hec in maioria. fumagium tractum campipartalium. Et de singulis arpentis duo
denarii. de numagio. In maio de quolibet arpento unus obolus. fluxus uinarum et tract
campipartalium. Panes. denarii de forestagio. Bonagia. Inuestiture et districtia. Bo
nis et prepositum in quo manent. Quotiens campipars in grangia nostra ponetur: forrago erit
maioris. Ita quod illuc uenientes equis nostris forragium prouidebit. Et si extra grangiam
ponatur: maior forragium non habebit. Debet autem idem maior abbati unam procurationem
singulis annis. Quod ne ualeat obliuione deleri: presentes litteras sigillo capituli
nostri fecimus roborari. fratrum nostrorum nomina subter annotantes. S. michaelis prioris. S.
Johannis supprioris. S. Alardi et Rogeri presbyterorum. S. Andree et Roberti diaconorum.
S. Josberti et Odonis subdiaconorum. Actum anno incarnationis domini m°. ducen 1216
tesimo. Sexto. Copiam uero predictarum litterarum fecimus sub sigillo nostro. anno
et mense predictis. Saluo iure cuiuslibet. Actum paris. anno et mense predictis.

De testamento magistri prioris quondam canonici beluacensis.

Uniuersis presentes litteras inspecturis. magister. L. canonicus flourom et officialis belua 1245
censis. salutem in domino. Nouerint uniuersi nos uidisse et inspexisse testamentum magistri p
rioris quondam canonici beluacensis sigillo suo signatum non cancellatum non uiciatum. in quo
inter alia multa hec clausula continetur. scilicet. Item legaui domum meam que est parisius
Nicholao scolari parisiensi. canonico sancti vedasti beluacensis ad uitam suam. et retinebit
domum in statu suo quamdiu uiuet de precio locationis domus. Et si domus non esset locata:
retineret domum de suo si posset. Post decessum autem dicti Nicholai uolo et ita ordino
quod ecclesia beati petri beluacensis habeat illam domum. Ita quod precium quod ueniet de domo. si ecclesia
beati petri locauerit domum: fiant distributiones in ecclesia beati petri. hoc modo. Capellani
siue hospites qui interfuerint none etc. Item ibi continebatur hec. Si autem dis
cordia esset inter capitulum et Nicholaum de retentione domus: uolo quod per operarios
uille contentio sopiatur. Volo etiam etc. Item in predicto testamento continebatur
hec. Volo etiam quod si capitulum litigare contra nicholaum de aliquo articulo perti
nente ad domum uoluerit: non trahatur extra parisius. Et nos ad supradicti Nichol.
instanciam hec uobis presentibus litteris intimamus. Datum anno domini m°. cc°. xl.
quarto. feria sexta post Inuocauit me.

7bre 1238

Universis presentes litteras inspecturis frater Johannes prior karoli loci salutem. Universitati vestre notum sit quod recepimus per manum domini Rogeri prioris de borraco quinquaginta libras par. quas nobis debebat abbas sancte genovefe par. In cuius rei testimonium presentes litteras patentes et sigillatas volumus conscribi et tradi predicto R. priori de borraco. Actum anno domini M. CC. XXVIII. mense septembri.

De domibus hospitalis par. in frigido mantello.

cc.xxxvi. may 1243

Universis presentes litteras inspecturis frater Andreas polini sancte domus hospitalis ierusalem prior humilis in francia salutem in domino. Notum facimus quod nos de fratrum nostrorum consilio et assensu volumus et concedimus quod domus nostra parisiensis teneatur annis singulis in festo sancti remigii reddere ecclesie beate genovefe de monte par. quinque solidos par. capitalis census pro duabus domibus quas tenemus de censiva dicte ecclesie apud paris. in vico qui dicitur frigidum mantellum. quas magister henricus organista nobis dedit. et quinquaginta solidos par. annis singulis similiter in eodem festo pro concessione nobis facta ab abbate et conventu dicte ecclesie de tenendis domibus supradictis in manu mortua sine coactione aliqua vendendi vel ponendi extra manum nostram nisi nobis placuerit voluntarie. volentes et concedentes quod in dictis domibus et in toto pourprisio eisdem adiacenti habeant sicut in aliis suis censivis et sicut hucusque habuerunt omne ius dominium. consuetudines et proventus et etiam ius parrochiale. Salva nobis tamen supradicta concessione de ipsis tenendis in manu mortua sine coactione ponendi extra manum nostram ut supra est expressum. Volumus etiam et concedimus quod si dictas domos titulo venditionis vel alio quocumque modo extra manum nostram ponere nos contingerit. vente et alia que ex venditione vetere domini proveniunt habeat ecclesia sancte genovefe supradicta. Et si domus nostra parisiensis in supradicta solutione quinquaginta quinque sol. defecerit abbas et conventus supradicte ecclesie ad dictas domos sicut domini fundi sine contradictione aliqua pro defectu solutionis valeant assignare. Promittimus etiam bona fide quod in dictis domibus nec in pourprisio eisdem adiacenti oratorium. nec aliquod aliud quod sit in preiudicium dicte ecclesie vel parrochie ipsius construemus vel construi procurabimus ullo modo. Et quod supradicta omnia bona fide adimplebimus et contra non veniemus per nos vel per alios in futurum. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro tradidimus sigillatas. Datum Anno domini M. Ducentesimo. Quadragesimo. Tercio. mense Maio.

De casu aque domus domini thome de bello maso.

[O]mnibus presentes litteras inspecturis Th. de bello maso domini pape capellanus et Remensis may 1246
ecclesie prepositus salutem in domino. Noverit universitas vestra quod cum nos in domo nostra Nota: [illegible]
sita in censiva ecclesie beate Genovefe Par. iuxta domum religiosorum virorum abbatis et conventus
eiusdem ecclesie quam tenet magister Jacobus de Dinanto ad vitam suam ab eisdem murum habea-
mus cum dictis religiosis communem et nobis super dictum murum edificare volentibus ex mera
gratia concesserint dicti abbas et conventus quod aqua de dicto edificio cadat super terram suam.
Ita quod si tempore procedente eis non placuerit nec sustinere voluerint aquam sic cadere
in terram suam sicut dictum est: ita eis providere tenemur et bona fide promittimus. casum dicte
aque alias terram ducere quod eis casus aque nocere non valeat in futurum et hoc tenemur fa-
cere infra mensem quotienscumque ab ipsis fuimus requisiti. Preterea volumus et con-
cedimus eisdem quod super dictum murum si aliquid edificare voluerint: hoc pro sua vo-
luntate possint facere tamquam super murum communem. In cuius rei testimonium et memo-
riam presentibus litteris sigillum nostrum apposuimus. Datum Paris. anno domini millesimo
Ducentesimo Quadragesimo Sexto mense Maio.

De elemosina de cripta.

[O]mnibus tam futuris quam presentibus quod Gaufridus ecclesie apostolorum et beate Genovefe canonicus 1140
sacerdotem ad assidue serviendum choro et altari in eadem ecclesia sicut et tres eidem
ecclesie capellani sancti Iohannis scilicet et sancti Medardi et beate Genovefe servire debent pro redempti-
one anime sue et benefactorum suorum elegit et eidem sacerdoti domum ad inhabitandum et ad ce-
teram vite necessaria tres arpennos vinearum et modium annone dimidium frumenti et
ordei dimidium assignavit. ita videlicet ut idem sacerdos in altari beate Marie quod
est in cripta secundum consuetudinem prochiarum missas celebret et preter hec singulis
sabbatis de beata virgine missam sollempnem. Predictus vero Gaufridus potestatem eli-
gendi sacerdotem sibi quo advixerit et duobus canonicis succedentibus post ipsum retinuit.
Ita ut primi secundis, secundi tertiis, et deinceps per ordinem sine capitulo huius elec-
tionis continuant providentiam. Quod si sacerdos circa vineas excolendas negligens
extiterit vel in servicio ecclesie minus assiduus. et canonici quibus hec cura incumbet
eum non correxerint: ad capitulum correctio spectabit. Ne quis autem spiritu malivolentie
aut cupiditatis symoniace ductus vel pecunia corruptus: institutum hoc aut
rescindere attemptet aut aliquatenus infirmare: ego Stephanus eiusdem ecclesie decanus

et canonici concordi assensu eidem sacerdoti censum domus et uineae quae in terra nostra
sunt in perpetuum perdonantes institutionem hanc et concessionem nostram sigilli nostri impres-
sione et sub anathemate et reatu corporis et sanguinis domini certam haberi decreui-
mus et in capitulo nostro assensu communi excommunicationis sententiam promulgauimus.

Ego Albericus cancellarius subscripsi. Anno incarnationis domini M° C° XL.

Signum Stephani decani. S. Stephani precentoris. S. Petri canonici episcopi silvanectensis. S. Gaufridi
sacerdotis. S. Barthol. sacerdotis. S. Elmandi sacerdotis. S. Fredrici diaconi. S. Henrici
diaconi. S. Gaucheri diaconi. S. magistri Radulphi diaconi. S. Hugonis de Pis. diaconi.
S. Gaufridi de Spar. subdiaconi. S. Henrici subdiaconi. S. Guillelmi de Sar. subdiaconi. S. Hugonis de
Sar. subdiaconi. S. Gilleberti subdiaconi. S. Henrici subdiaconi. S. Petri subdiaconi. S. Roberti prepositi
subdiaconi. S. Gilduini canonici pueri. S. Gilduini fratris Astonis canonici.

De cursu beueris et de molendino de Copeel.

Ego ... sanctae uirginis Genouefae seruus cum fratribus suis omnibus fidelibus tam posteris quam
presentibus in perpetuum. Urgemur debito caritatis ea quae nostra sunt non solum non quaerere
sed etiam aliorum utilitatibus ac necessitatibus prouidere. Proinde uenerabilis patris nostri G.
dei gratia abbatis sancti Uictoris et filiorum ipsius fratrum nostrorum precibus annuentes communi as-
sensu eis concessimus ut totam aquam beueris de sub molendino nostro acceptam per terram
ecclesiae nostrae ad porprisium ecclesiae suae et inde pro uoluntate eorum usque in Sequanam usus pro-
prios ducerent. Et de eadem aqua infra ambitum murorum suorum et extra quicquid eis esset utile
ac necessarium facerent, excepto quod molendinum eis extra muros facere non liceret. nec ad
suum molendinum aliquos tempore molentes. Hoc tamen firmiter determinatum est illo-
rum opere quotiescunque fuerit sic debere fieri. ut molendinum nostrum qui superius situs est in nullo
impediatur. Preterea ne forte inter duas sorores ecclesias aliqua in posterum super hoc oriatur
contentio. uel etiam contentionis occasio: consilio et inspectione artificum com-
muni assensu utriusque partis ad molendinum nostrum iuxta aquae ductum meta quae-
dam quae uulgo petella uocatur posita est. quam scilicet metam aqua nulla operis eorum e-
leuatione. uel ipsius aquae retentione transire debebit. quando potius si aque ductus eorum
aliqua forte negligentia minus cauatus fuerit uel curatus: semper habebunt pre oculis
ad quam formam aquae ductum illum debeant reparare. Illud quoque determinatum est
quod si aliquando stagnum et molendinos nostros ad stagnum transferre uoluimus: liberi

& absque contradictione in pace potiuntur. salvo tamen aque ductu eorum: ita ut aqua eis conces
sa in nullo a cursu suo impediatur. ut in dampnum eorum alio detorqueatur. Pro tota autem
terra aque ductus ecclesia sancti victoris singulis annis in festo sancte genovefe duos solidos
census nobis dabit. Quod ne ullo tractu temporum seu personarum deleatur. aut modo a
liquo infringatur: scripto presentis pagine commendavimus. atque sub cyrographi partitione
hinc inde bindum duximus. signantes partes firmantesque sigillis utriusque ecclesie.
subscriptis etiam nominibus personarum capituli alterutri partium. Signum nanteri prioris.
Signum egberti supprioris. S. olberti sacerdotis. S. ernulfi sacerdotis. S. petri diaconi. S.
anselli diaconi. S. goberti subdiaconi. S. archeri subdiaconi.

De granchia que fuit theboldi divitis.

+ Quoniam inter ecclesias ecclesiasticas ve personas aguntur: bona fide debent perfici & sincera 1182.
stabilitate perhenniter observari. Ea propter ego stephanus beate virginis genovefe dictus
abbas totusque ipsius ecclesie humilis conventus. notum fieri volumus tam futuris quam presentibus.
quod theboldus & petronilla uxor eius vendiderunt fratribus hospitalis iherosolimitani gran
chiam suam que sita est in terra sancte genovefe prope ulmum de laorcinis. et terras quas in
censiva eiusdem ecclesie in eodem territorio possidebant. Nos autem fraterna caritate qua
sese invicem ecclesie debent diligere: venditionem istam laudavimus. & ut fratres hospi
talis iherosolimitani granchiam illam cum terris predictis imperpetuum possideant concessimus. sal
vo censu & decimis nostris tam frugum quam animalium & alio iure ecclesie sancte geno
vefe. nullis privilegiis predictorum fratrum ecclesie nostre in aliquo obsistentibus. Illud etiam
adiciendum est quod in territorio illo plusquam theboldus possederat sine assensu ecclesie nostre
quicquam ad censivam nostram pertinens fratres predicti hospitalis iherosolimitani non poterunt posside
re. Quod ut ratum & stabile permaneat: sigillo capituli id fecimus confirmari. Actum
anno ab incarnatione domini M. C. lxxx. ii.

De quadam femina sancte genovefe.

Ego Albertus sancte genovefe vocatus abbas. totusque eiusdem ecclesie conventus. notum 1184
facimus presentibus pariter & futuris. quod querela quedam que versabatur inter nos & hugo
nem de monte buillonis in curia domini stephani meldensis episcopi pro uxore turpini bona
filia nuncupata que ancilla nostra erat. quam tamen predictus hugo dicebat esse suam. eo quod
homini suo turpino data fuerat in uxorem pro libera. Cum autem sepe convenissemus
ad causam: denique tam nobis quam hugoni placuit ut rem in arbitrio domini meldensis
vel curie poneremus. Pacis gratia in mutuo a domino meldensi & eius curia consideratum est. ut de
iiij filiabus predicte femine pro qua contentio erat. quarum prima vocatur Aaleys uxor

Roberti maioris de abeli. secunda: Leiardis. Tercia: Aaelina. Quarta: Gila. Sepedictus hugo duas tantum habet. leiardem uidelicet et gilam: ipsa uero sepedicta uxor turpini cum reliquis filiabus et omni sequutura posteritate ecclesie nostre remanent. Ut igitur de hac re omnis in perpetuum controuersia conquiescat: compositionis formam quam prediximus in presentibus litteris alligatam capituli nostri sigillo fecimus communiri. Actum anno incarnationis domini M°. C°. lx°. uiij°. Regni uero piissimi regis Ludouici iunioris xxvij°. Presentes fuerunt isti quorum subscripta sunt nomina. Rauricus meldensis archidiaconus. Radulphus eiusdem ecclesie archidiaconus. Adam custodem ecclesie canonicus. Radulfus nachlard. Petrus de sancto germano. Petrus filius alboldi. Bartholomeus de porta sancti melorii. milites. Lambertus de lisiaco. Henricus et hermerus uiatores. Odo de uamuis. Robertus de abeli. et lembardus cognatus eius. Renoldus frater eiusdem. Bernardus de presli. seruientes sancte genouefe.

29 Janvier 1172.

De quodam concambio inter nos et sanctum faronem pro filia Guillelmi de Rodon.

Q uicquid ad ecclesiarum utilitatem est institutum: benignum debet sortiri assensum. Nouerint itaque tam futuri quam presentes quod ego hugo ecclesie sancte genouefe de monte abbas. et totus eiusdem ecclesie conuentus pacis et dilectionis intuitu. quoddam cum ecclesia sancti faronis meldensis fecimus concambium. Filiam siquidem Willelmi maioris nostri de Rodoniaco. hersendim nomine. totam quam ex ea nasceretur progeniem ecclesie beati faronis communi assensu in perpetuum donauimus. Abbas uero lambertus et totus sancti faronis conuentus communi assensu ecclesie beate genouefe in concambium iam dicte femine in perpetuum dederunt emelinam filiam hugonis maioris sui de tancrou. uxorem Wiardi filii alberti de lisiaco. Et notandum quod unum filium nomine Guinum et duas filias tecburgem et aalinam. quos ex predicta emelina Wiardus ante hoc concambium genuerat: concessimus ecclesie beati faronis sub tali condicione sub qua ante fuerant. Reliqui uero tam filii quam filie qui ex eadem emelina post hoc concambium nascentur: de familia beate genouefe erunt in perpetuum. Hoc concambium ut firmum ratumque permaneat: sigillo capituli nostri confirmauimus. signa et nomina fratrum nostrorum subnotantes. Signum Raimundi prioris. S. Willelmi supprioris. S. hugonis et odonis sacerdotum. S. Stephani et Bernardi diaconorum. S. Bartholomei et Willelmi subdiaconorum. Presentes quoque et testes fuerunt. Ysembertus et petrus canonici de cagia. et laici uidelicet albertus et Wiardus. filii eius de lisiaco. Actum est hoc mense Januario. iiij. kalendas februarii. Anno ab incarnatione domini M°. C°. septuagesimo secundo.

De censu concesso canonicis sči medici in terra nr̃a.

avril 1228. Herbertus abbas

Ego herbertus abbas totusq; humilis conuent̃ sc̃e genouefe par̃. Notũ faci
mus q̃ constitut̃ coram nob̃ philipp̃ hamelini ciuis par̃ donauit ĩ ppetuã ele
mosinã canonicis sc̃i medici par̃ ⁊ clericis capientib; in cõmunitate eidem ecc̃e quin
quaginta sol̃ de annuo censu parisieñ monete singul̃ annis statutis terminis p
cipiendos ab eisdem canonicis ⁊ clericis sup̃ domũ eiusdem philippi in censi
ua nr̃a ⁊ fundo t̃re nr̃e sitam ppe cruciam haymonis ad facienda anniũsaria
tam p̃ p̃dc̃o philippo q̃m p̃ amicis suis. Nos uero donationem sup̃dc̃i cens̃
ratam hñtes ⁊ gratã: concessim̃ ⁊ uolum̃ eandem ppetuam hr̃e firmitatem.
Ita q̃ nos nec successores nr̃i dc̃os p̃fatos canonicos ⁊ clericos ad sepedc̃m
censum alienand̃ minime compellem̃. Saluis tam̃ nobis in eadem domo
iure iusticia ⁊ dñio. sicut hẽms in aliis censiuis nr̃is. Qd̃ ut ratum sit ⁊
firmũ: p̃sentes litt̃as sigilloꝝ nr̃oꝝ munimine fecim̃ roborari. Actũ anno
dñi. m̊. cc̊. xx̊. viii. mense aprili.

De maioria de sc̃o nõno.

1206. Joannes abbas.

Ego Johẽs abbas sc̃e genouefe par̃ totusq; eidem ecc̃e humilis conuent̃.
Notum facimus p̃sentib; ⁊ futuris q̃ nos Engebto de sc̃o nonno concel
simus maiorã nr̃am eidem uille in terra nr̃a tantum in uita sua possiden
dam. Ita q̃ p̃ mortem suam heres eĩ in eadem maioria nichil potit recla
mare. Sunt aũt de feodo maiorie quatuor arpenni terre liberi ⁊ de singul̃ ma
suris .viii. geline. bonagia. inuestiture. ⁊ districta. Qd̃ ne ualeat obliuione
deleri: p̃sentes litt̃as sigillo capituli nr̃i fecim̃ roborari. s̃cm nr̃oꝝ nomina
subt̃ anotantes. Signũ michael prioris. S. Johis supprioris. Signũ Alardi
⁊ Rogerii p̃sbitoꝝ. S. iohis ⁊ andree diaconoꝝ. S. petri ⁊ pauli subdiac̃.
Actum. anno dñi. m̊. cc̊. vi.

De uno modio annone pcipiendo ĩ molendinis apd̃ magnũ pontem.

Janvier

Ego. h. dei grã b̃i magloꝛii par̃ abbas ⁊ tot̃ eidem ecc̃e conuent̃. p̃sen
tib; ac futuris notum fieri uolum̃ dñm theboldum diuitem in seq̃
na duas areas molendini sub censu .iiii. solidoꝝ de ecc̃a nr̃a tenere ⁊ de
ip̃o suo molendinoꝝ reddatu unũ annone modiũ ecc̃e b̃e genouefe dedis
se. qd̃ ad petitionem ip̃i ⁊ amicoꝝ eĩ concessim̃ ut p̃dc̃a ecc̃a illũ annone
modiũ saluo tam̃ iure ecc̃e nr̃e imppetuũ possideat. Et ut h̃ firmũ ⁊
inconcussum pmaneat: sigilli magloꝛii p̃roni nr̃i auctoritate cõfirmauim̃.

De celebrationibus missarum pro nostris defunctis fratribus.

May 1214

Venerabilibus dominis et patribus in Christo karissimis abbati totique sacro collegio monasterii sancte Genovefe Parisiensis, frater Gaufridus Turonensis monasterii humilis abbas et conventus salutem et sinceram in domino caritatem. Ex benigna et sancta intentione vestra sancto desiderio societatis mutue vobiscum spiritualiter contrahende quod diu habuimus et adhuc habemus devotas actiones gratiarum universitati vestre solventes eidem societatis formam communi consideratione et consilio a nobis ordinatam vobis scribimus, quam si sententie vestre complacuerit bona fide nos promittimus et promittimus imperpetuum servaturos et a vobis eandem requirimus similiter observari. Statuimus generaliter quod in vigilia beati Luce apostoli et evangeliste pro fratribus vestris qui viam universe carnis ingressi sunt singulis annis faciemus commemorationem sollempnem cum sollempni pulsatione campanarum cum vigiliis novem lectionum commendatione et missa sollempni postea subsequente. Singuli etiam fratrum nostrorum

Pro defunctis

presbiterorum missam unam eadem die celebrabunt pro eisdem. Et ne vivi qui sibi fraudari parte sua priventur huius beneficii spiritualis missam unam de spiritu sancto eodem die iniungemus in capitulo uni fratrum nostrorum pro vestra ecclesia specialiter celebrandam. Participes etiam vos facimus omnium bonorum que perpetuis temporibus fient in ecclesia nostra. Hec in libro capituli nostri scripta die statuta recitabuntur annuatim perpetuis temporibus observanda non solum a nobis qui hoc constituimus sed etiam a posteris qui succedent. Has litteras nostras vobis benigne et devote transmittimus. Actum anno gratie .M. CC. XIIII. mense maio.

Vigilia beati Luce apostoli et evangeliste. Commemoratio sollempnis fratrum ecclesie sancte Genovefe Parisiensis defunctorum. In qua communi statuto tenemur commendationem sollempnem facere in conventu et singuli presbiterorum debent unam missam cantare pro defunctis. Missa etiam de spiritu sancto debet iniungi ab armario uni fratri presbitero pro predicta ecclesia celebranda.

De concambio inter nos et ecclesiam sancti Marcelli.

1203.

Cum divine maiestatis auctoritas causa propagandi generis humani venerabile matrimonii sacramentum instituerit et institutum in utero virginis misterio sancto insignierit, fecunditas quoque sancte ecclesie per bonum matrimonii cotidianum suscipit incrementum, christiana religio pro veneratione sui conditoris maximam in quantum potest reverentiam matrimonio tenetur exhibere. Quamobrem ego R. decanus et capitulum sancti Marcelli Parisiensis bonum matrimonii promovere cupientes volumus et concedimus quod inter duos homines de familia nostra scilicet Rainulphum et Odonem et duas ancillas

de clauo be genouefe videlicet Osannam et dielent contrahent matrimonium. tali conditione quod alter predictorum hominum .O. a familia nostra in famulatum sancte genouefe transferatur et altera predictarum ancillarum .A. a familia be geno. in ancillatum ecclesie sancti marcelli commutetur. In huius autem rei testimonium ne per incuriam posterorum oblivione ignoretur. presentem paginam sigilli nostri munimine roboratam sub cirographi partitione dignum duximus annotari. Actum anno gratie .m.cc. tercio.

De nemore quod dicitur cornoualle apud Spinolium.

Ego Johannes de dongon miles dominus hedere. notum facio omnibus presentes litteras inspecturis quod ego teneo totum nemus quod dicitur cornoualle apud spinolium ab abbate et conventu sancte genouefe par. ad censum decem et octo denariorum parisiensium singulis annis in festo sancte geno. post natale domini eisdem persolvendum. et ipsum nemus totum confiteor esse de censiva dictorum abbatis et conventus. In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli mei munimine roboravi. Actum anno domini .m.cc. xxviii. mense maio. may 1228.

De deposito .ccc. marcharum apud nos de pecunia domini pp.

Viris religiosis in christo karissimis .R. priori Dunelmensis ecclesie et eiusdem ecclesie conventui .H. abbas et .A. prior totusque conventus sancte genouefe par. salutem in domino. In veram volumus venire noticiam quod nos in deposito recepimus trecentas marchas bonorum novorum et legalium sterlingorum nomine vestro de pecunia domini pp. per manum stephani de Sorci burgensis ambian. pro qua etiam pecunia mandavit nobis dominus stephanus capellanus domini pp. per litteras suas patentes in litteris vestris reclusas quod ipsam pecuniam in deposito reciperemus et ipsam tamdiu penes nos custodiremus donec de ipsa pecunia mandatum aliud haberemus. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillis abbatis et prioris pro se et pro conventu sancte geno. vobis transmittimus sigillatas. Actum anno domini .m.cc. xxx. In die nativitatis sancti johannis bapt. 24 juin 1230

De quodam porprisio et bosco adiacenti apud Soisiacum.

Ego herbertus abbas sancte genouefe parisiensis. totusque eiusdem ecclesie humilis conventus. Notum facimus universis presentibus et futuris quod nos concessimus hildeburgi la carree de soisiaco et heredibus suis in perpetuum domum cum porprisio de bosco adiacenti circiter duos arpennos ad censum quinque solidorum nobis reddendorum in festo sancti Remigii. pro quibus dictam hildeburgim et heredes suos quitamus a tallia. Si vero domus et porprisium ad manus aliorum per commutationem vel venditionem sive quolibet alienationis titulo devenerit. talliam et etiam alia tenentur nobis reddere. sicut ceteri hospites eiusdem ville. nec etiam boscum poterunt extirpare. vel ad masuras dare Decembre 1226

non in prejudicio aliquem extraneum recipere vel associare ad hospitatum in prejudicium et gravamen ecclesie nostre. Concessimus etiam dictis hildeburgi et heredibus suis terram suam sitam in territorio de soisiaco amodo tenendam ad campipartem. In cuius rei memoriam presentes litteras sigillorum nostrorum munimine fecimus confirmari. Fratrum nostrorum nomina et signa subter annotantes. Signum alardi prioris. S. guillermi supprioris. S. galteri et Nicholai presbiterorum. S. guilli et herberti diaconorum. S. thome et roberti subdiaconorum. Actum anno domini M. Ducentesimo vicesimo sexto mense decembri.

De quadam domo vendita in vico clopyn.

novembre 1240 — Omnibus presentes litteras inspecturis. R. abbas sancte genovefe parisiensis salutem in domino. Noverint universi quod in nostra presentia constituti, xpianus senonensis et Boneta eius uxor recognoverunt se vendidisse quandam domum sitam in censiva ecclesie nostre in vico qui dicitur vicus clopyn ysabelli de infirmariis pro sexaginta et septem solidis parisiensibus sibi iam solutis prout confessi sunt coram nobis promittentes fide media quod contra venditionem istam per se vel per alios non venient in futurum. Et quod dictam domum ad usus et consuetudines francie predicte ysabelli et eius heredibus contra omnes homines et feminas garentizabunt. Leodegarius autem in nostra presentia constitutus promisit fide media quod quam Egidius filius dicte B. puervenerit ad legitimam etatem dictam venditionem laudabit et ratam et firmam habebit. Et de hoc faciendo et ratum habendo. dictus L. quandam domum quam habebat in censiva nostra in valle parisiensi in vico qui dicitur vicus putei ut confessus est coram nobis in contraplegium obligavit. Predicta vero B. quitavit fide media quidquid iuris habebat vel habere poterat ratione dotalicii vel alio quocumque modo in domo predicta spontanea non coacta. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno domini M. CC. XL. primo. mense Novembri. Die mercurii ante festum beati andree apostoli.

De vinea que fuit magistri stephani pictaviensis.

octobre 1244 — Universis presentes litteras inspecturis. R. abbas sancte genovefe parisiensis totusque eiusdem ecclesie humilis conventus salutem in domino. Universitati vestre notum facimus quod magister stephanus pictaviensis dedit nobis in perpetuum vineam suam quam habebat in vignetero. que videlicet fuit guidonis pelliparii. pro quinque modiis vini annui redditus. quos tenemur solvere dicto magistro singulis annis quamdiu ipse vixerit in vindemiis ad cuppam de vino albo eiusdem vinee et de prima gutta. Si vero quinque modios vini de vino dicte vinee pro defectu ipsius vini dicto magistro

solũe n̄ possent· totum defectum siue in pte siue in toto contigit· et de eque
bono uino uel de meliori solũe tenent· Quod ut ratum pmaneat et firmũ·
psentibz litt̃is sigilla nr̃a dux̃im apponenda· Dat̃ anno dñi· m̊· cc̊· xl· iiij·
mense octobr̃.

De maioria nr̃a de borrench.

· mibz psentes litt̃as inspcturis· Petr̃ archid belvacen· salt̃ in dño· Nouũint may 1241
nos anno dñi· m̊· cc̊· xl· primo· mense maio· uidisse· inspexisse et u̾bo ad
u̾bum legisse litt̃as infer̃ annotatas in hec uerba· Ego Galo abbas sc̃e
genouefe par̃· totq̃z eiusdem ecc̃e humilis conuent̃· Notum fieri uolum̃
psentibz ptit̃ et futuris q̃ nos concessim̃ maiorã de borrench Andree et ber
trãno hominibz nr̃is tantũ in uita sua possidendam· Ita q̃ heredes sui nich
in ea poterunt reclamare· Si autẽ alterum eoz reliquo supstite decedẽ contige
rit· ille qui supuixit habebit maiorã· Hec sunt q̃ eis in maioria conce
dim̃· forragiũ granchie nr̃e de borrench· messagiũ q̊d accipient a colonis
p messiũ custodia· saluo nobis nr̃o campipartagio· Quinq̃ sol· de censu
nr̃o· Porprisium in quo granchia nr̃a ẽ· liberum tenebunt· cũ uinea que
continet̃ in porprisio nr̃o· Si autẽ contigit granchiam nr̃am igne uel
uetustate· uel aliq̊ alio casu deteriorari· uel destrui· ipi eam de suo restau
rabunt· et cooperient quotiens nc̃e fuit· ad segetes nr̃as ibi reponendas· Qd̊
ne ualeat obliuione deleri· sigillor̃ nr̃or̃ munimine psentes litt̃as fecim̃
roborari· fr̃m nr̃or̃ signa et nomina subt̃ ãnotantes· Signũ Alardi prior̃.
Signũ Richardi supprioris· S· Nicholai et Galteri pr̃bror̃· S· Symonis et
Stephi diaconor̃· S· Lambti et Thome subd̃· Actum anno dñi· m̊· cc̊· ui aout 1222
cesimo secundo· mense augusto· In cui̾ rei testimoniũ psentibz litteris
dux̃im apponendũ· Actum anno et mense supdc̃is· Sigillum nr̃m·

De terra nr̃a de palaciolo.

· mibz psentes litt̃as inspcturis· h· abbas sc̃e genouefe par̃· salt̃ in dño· may 1236
Nouũint q̃ nos concessim̃ t̃ras nr̃as sitas in territorio de palaciolo bal
doino de marineria ad uitam suam ppriis suis sumptibz excolendas· et
easdem suo semine seminabit· Ita tamen q̃ medietatem fructuũ t̃rarũ he
bit idem B· aliam uero medietatem habebim̃· et eam medietatẽ q̃ habebim̃·
faciet nobis afferri parisi̾ ad domũ nr̃am in expensis suis· Preterea concessi
sim̃ eidem baldoino omẽ forragiũ t̃rarũ tam campipartaliũ q̃m m̃arũ

comparatum ad opus animalium suorum et nostrorum si forte contingeret quod vellemus ibi animalia habere. Ita tamen quod forragium in fimum redactum tenebitur idem B. ponere in meliorationem terrarum nostrarum. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum apposuimus. Datum anno domini M° CC° tricesimo VI°, mense maio.

De caduco defuncte Agnetis de domibus.

Juillet 1241. Omnibus presentes litteras inspecturis R. abbas sancte Genovefe Parisiensis totusque eiusdem ecclesie humilis conventus salutem in domino. Noveritis quod nos ratam habemus et firmam inquestam factam per dominum Symonem de Manuevis militem super causa que vertebatur inter nos ex una parte et religiosos viros abbatem et conventum sancti Dyonisii ex altera ex caduco defuncte Agnetis de domibus, promittentes nos quicquid dictus miles de predicta causa fecerit vel ordinaverit iudicio vel extra iudicium firmiter observabimus. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno domini M° CC° XL° primo, mense julio.

De cameris que fuerunt Iohannis Burgensis.

1224 Omnibus presentes litteras inspecturis officialis Stephani Parisiensis ecclesie archidiaconi in domino salutem. Notum facimus quod cum contentio esset inter venerabiles viros abbatem et conventum sancte Genovefe ex una parte et dominum Philippum decanum matricularium canonicum Parisiensem et fratres eius ex altera super legato quod defunctus Johannes dictus Burgensis quondam frater eorum et A. eius uxor de duabus cameris que fuerunt Hunoldi de Corbolio et granchia post eorum cum toto porprisio adiacente fecisse dicuntur dicto conventui. Tandem dictus Philippus et eius fratres super hoc compromiserunt in venerabiles viros et discretos dominum Guillelmum de Vardi canonicum Parisiensem et dominum Petrum de Bulcharia clericum, promittentes bona fide sub pena viginti librarum Parisiensium quicquid ipsi duo super premissis inquisita diligenter veritate pace vel iudicio duxerint ordinandum se firmiter observare. Quod si forte ipsi duo discordes fuerint consenserunt quod magister Herbertus canonicus Parisiensis eis adiungatur et stabitur arbitrio duorum ex ipsis sub pena predicta solvenda parti volenti dictum observare arbitrium a parte que ab ipso arbitrio voluerit resilire. Debent autem dicti arbitri infra instantem Assumptionem beate virginis proferre arbitrium memoratum. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillavimus. Actum anno domini millesimo ducentesimo vicesimo quarto.

De excambio int̄ nos 7 eccl̄iam sc̄i Germani de pratis.

o mnibus p̄sentes litt̄as inspecturis. Odo miseratione diuina sc̄i Germani de p̄tis par̄ humilis abbas 7 totus eiusdem loci conuent̄ eternam in d̄no salutem. Uniu̇sita ti ur̄e notum facim̄. q̄ cum Joh̄es 7 Robertus filii Radulphi de Clamart. 7 Eremburgis uxoris eius homines nr̄i de corpore uellent contrahere cum Helloyde 7 Genouefa filiab; Gaufridi de tetto monastii de Vanuis. 7 Ysabellis eius uxoris feminis de corpore eccl̄e b̄e Genouefe par̄. Nos cōmuni assensu. 7 uiri uenerabi les abbas 7 conuent̄ d̄ce eccl̄e b̄e Genouefe cōmutationem hinc inde fecim̄ i hunc modum. uidelicet q̄ d̄cs Joh̄es homo nr̄ de corpore contrahat cu p̄d̄ca Heloyde femina de corpore b̄e Genouefe par̄. q̄m d̄ci abbas 7 conuent̄ cu heredib; ex ipsis i ppetuum pcreandis. nobis penit̄ quitauerunt. nichil iuris uel d̄nii retinen tes in eisdem. Similit̄ nos cōmuni assensu concessim̄. q̄ d̄cs Robert̄ ho nr̄ de corpore contrahat cum p̄fata Genouefa femina de corpore b̄e Genouefe par̄. 7 ip̄m cu liberis ex ipsis i ppetuum pcreandis in recompensatione d̄ce Helo ydis eccl̄e b̄e Genouefe par̄ i ppetuum quitauim̄. nichil iuris uel d̄nii in ip̄i penit̄ retinentes. In cui rei testimonium p̄sentes litt̄as ipsis concessim̄ sigil lor̄ nr̄or̄ munimine roboratas. Dat̄ anno gr̄e. M̊. Ducentesimo. xxx. iii. mense Januar̄.

Janvier 1233

De cōmutatione duarum ancillarum int̄ nos 7 eccl̄iam sc̄i Medardi Suession.

e go. B. sc̄i Medardi Suession̄ abbas. totusq; ip̄i eccl̄ie conuent̄ notum fieri uolum̄ omnib; tam futuris q̄m p̄sentib; q̄ pmutauim̄ cu eccl̄ia sc̄e Ge nouefe par̄ duas ancillas nr̄as. s. Odelinam uxorem Roardi de Buimez 7 Hyldeardim filiam eius p duab; ancillis sc̄e Genouefe quales elige uoluerim̄. q̄n opportunitas 7 occasio sese offerent nobis. ita ut p̄d̄ce due mulieres. s. Ode lina 7 Hildeardis a nobis i ppetuum absolute 7 quitate in d̄natione 7 seruicio sc̄e Genouefe cu ple sua remaneant. Due aut̄ ex ancillis sc̄e Genouefe q̄s ele gerim̄ a canonicis ip̄i eccl̄e similit̄ absolute 7 quitate cu ple sua in nr̄a do minatione remanebunt. Et ut ratum i ppetuum pmaneat. sigilli nr̄i im pssione cōmuniri fecim̄. Hui̇ aut̄ cōmutationis testes sunt subscripti. B. ab bas sc̄i Medardi. Gilebt̄ prior. Geruasi̇ prior de Mungeu. Galter̄ p̄positus Damenciaci 7 Somone. Lucas p̄positus Vellereii. Magr̄ Bernerus Gosceuuin̄. Johānes capellan̄.

Sans datte

De excambio int̄ nos 7 eccl̄iam Fossaten̄

1205.

+ Ego Guido dei gratia Sollaten. ecclesie minister humilis, totusque eiusdem loci conventus. Notum facimus omnibus tam presentibus quam futuris quod nos pietatis intuitu petronillam filiam bartholomei de Rungiaco, que prius erat femina sancti eligii parisien., concessimus esse imperpetuum de familia sancte genouefe par. Tali conditione quod andreas filius balduini de Rungiaco, qui prius homo erat sancte genouefe, erit imperpetuum de familia sancti eligii par. Quod ne valeat oblivione deleri, ratumque permaneat in futurum, presentem paginam sigillo capituli nostri fecimus confirmari. Actum anno incarnati verbi millesimo ducentesimo quinto.

sans datte

De edificiis super aquam beueris. Compromissum.

Ego Iohannes sancti victoris par. abbas et eiusdem loci conventus, notum facimus omnibus presentes litteras inspecturis quod de contentione que vertebatur inter nos ex una parte et censarios sancte genouefe ex altera, super alueo beueris, in duos viros venerabiles compromisimus, scilicet magistrum decanum sancti marcelli et A. cellararium sancte genouefe, quicquid ipsi super querela prestata pro ut consuetudinem dixerint, sub pena .xx. marcarum ratum habituri.

sans datte

De commutatione duarum ancillarum.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego hugo dei gratia abbas monasterii sancti vincentii sanctique germani par. amore et gratia domini odonis venerabilis sancte genouefe abbatis simulque canonicorum in eadem ecclesia sub eius regimine christo deservientium, communi fratrum nostrorum assensu concessi quod quedam ancilla de familia nostre ecclesie progenita, nomine hildeardis guroldi filia, cuidam servo sancte genouefe de fontaneto nomine engelberto lege matrimonii iungeretur, quam videlicet hildeardim ab omni iugo servitutis quo nobis astringebatur absolvimus, et ut fieret ancilla sancte genouefe et in eandem legem servitutis in qua maritus suus tenetur transiret, unanimiter concessimus. Memoratus vero abbas sancte genouefe et eiusdem ecclesie venerabilis conventus mutua vicissitudine concesserunt quod quedam ancilla sancte genouefe nomine ermenjardis, filia scilicet guidonis maioris de fontaneto, cuidam servo sancti germani filio petri et hersendis nomine euurardo desponsaretur, quam scilicet ermenjardem ab omni iugo servitutis quo ecclesie sancte genouefe astringebatur absolverunt, et ut fieret ancilla sancti germani et in eandem legem servitutis in qua maritus suus tenetur transiret, unanimiter concesserunt. Ut autem huius alterne mutationis concessio in posterum indissolubilis permaneat, litteras inde alterutrum fieri decrevimus, et ipsi nobis suas cum sui sigilli auctoritate, nos vero eis nostras cum nostri similiter auctoritate sigilli tradidimus. S. domni hugonis abbatis. S. Theobaudi prioris. S. ancherii. S. Gauterii. S. frogerii.

S. landrici S. Galonis.

De compositione f̃ca sup̃ brenagio de Jausliguiaco.

Om̃ĩ scõ omĩb3 tam futuris q̃m p̃sentib3 q̃ Ego Robtus Comes frat̃ uenera
bilis regis francor̃ Ludouici. ⁊ Agnes uxor mea comitissa brenẽ. 1154
⁊ filij nr̃i. Robertus dñs drocarũ. Willmus ⁊ Iohes concessimus ⁊ laudauim⁹ pa
cem ⁊ compõnem q̃m stephs abbas ⁊ canonici scẽ genouefe fecerũt cũ uauasso
rib3 nr̃is. Lucia de porta ⁊ Galterio de marna sup̃ brenagio de Jausliguiaco qđ
a nobis in feodo tenent. ut scilicet canonici singl̃is ãnis nomine brenagij p̃
dc̃is uauasoribz nr̃is uiginti sextarios auene ad mensurã p̃dc̃e uille psol
uant. alteri decem ⁊ alti decem. Nec ampli⁹ aliquid a canonicis siue ab ho
minib3 uille potñt exigi. Q2 si p̃dc̃i uauassores uel heredes eorũ nobis ut he
redib3 nr̃is aliquid forefecint. ñ potim⁹ saisire p feodo illo ultra .xx. sexta
rios auene. sup̃ unũ decem ⁊ sup̃ alium decem. Quod ne ualeat obliuione de
leri. ut aliqua malignitate puti. sigillor̃ nr̃orum auctoritate fecim⁹ id cfirma
ri. Actum anno ab incarnatiõe dñi. M. C. lxx. iiij. Hij testes interfuerunt. Rad.
de buci. Guido de pisseho. Theobald⁹ bodez. ⁊ alij multi. Data p manũ Rai
nardi capellani.

Item de eadem compositione.

Ego Agnes comitissa Mellenti notum ẽẽ uolo tam p̃sentib3 q̃m futũs qđ 1170
compõnem de brenagio de Jausliguiaco q̃m canonici scẽ genouefe fecerũt
cũ lucia de porta p decem sextarijs auene laudo ⁊ concedo si in curia nr̃a
ut curia xp̃ianitatis compõnem illam potunt pbare. Q2 si lucia a seruicio
quod nobis p feodũ illũ debet deficẽt. eccã illos .x. sext̃ nobis tenet̃ redde.
⁊ nos ab eccã nichil ampli⁹ q̃m .x. illos sext. possemus exigẽ. Testes. Droco
de Claciaco. Garin⁹ de uilla fluis. Gaucher⁹ de combellis. Radulph⁹ de buci
aco. Guido de pisechoc. Philipp⁹ de bergerijs. Pagan⁹ fili⁹ leonardi. Johes de faue
rijs. Radulph⁹ fili⁹ dd. Radulph⁹ salari⁹. Hugo meldeñ.

Item de brenagio de Jausliguiaco.

Mauric⁹ dei gra parisieñ ecce minist̃ humil. Omĩb3 ad q̃s p̃sentes litte puen 1182
iunt in dño salutem. Notum sit omĩb3 tam futuris q̃m p̃sentib3. q2 cũ int̃
eccam scẽ genouefe ⁊ Gualteriũ de marna militem contentio ẽẽt sup̃ quadã con
suetudine q̃ dr̃ brenagiũ. ĩ uilla Jausliguiaci: p̃dc̃s Gualter⁹ medietatem brenagij ĩ
eadem uilla sese hr̃e debere ⁊ antecessores suos hũisse dicebat. Abbas aũt stephs
⁊ canonici scẽ genouefe p eccã sua contendebant. neq3 ipm Gualteriũ neq3 antecesso-

res eius in villa Jauliguiaci aliquid vel habere vel habuisse. Post multos tandem congressus litis et post excommunicationem a nobis in prefatum Gualterum pro defectus suos prolatam, mediantibus nobis et Radulpho de Buciaco et Alberto filio Symonis convenerunt in hunc modum compositionis et pacis. Concesserunt abbas et canonici sancte Genovefe quod singulis annis redderent in villa Jauliguiaci predicto Gualtero de Marna et heredibus eius x. sextarios avene tantum post festum sancti Remigii infra viii. dies ex quo requisiti fuerint. Nec ipse Gualterus vel heredes eius amplius petere vel exigere poterunt aut debebunt. Promiserunt autem predictus Gualterus et Arnulphus filius eius et alii filii ipsius et uxor eius et fide corporali firmaverunt quod decetero ab ecclesia sancte Genovefe pro hac causa nichil amplius peterent, et contra omnes de progenie et cognatione sua super hoc guarentiam portarent. Quod ne valeat oblivione deleri vel alicuius fraude perimi, sigillo nostro de voluntate partium fecimus id confirmari. Actum ab incarnatione domini M. C. lxxx. ii. episcopatus autem nostri vicesimo secundo.

De hominibus nostris de Meldis.

1184 In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Maria Trecensium comitissa et Henricus filius meus notum fieri volumus tam futuris quam presentibus quod cum dominus et maritus meus bone memorie comes Henricus hominibus Meldis et quarundam meniarum villarum que in carta ipsius continentur communiam concessisset et homines in quibus talliam et iusticiam habebat in ea tantummodo posuisset, abbates sancti Dyonisii et sancte Genovefe conquesti sunt nobis ecclesias suas plurimum in hoc gravari et homines suos contra deum et iusticiam a communia illicite detineri. Nos autem attendentes comitem Henricum predictis ecclesiis iura sua vel consuetudines quas in hominibus suis habent nec voluisse nec potuisse auferre vel ad communiam transferre, consilio domini nostri Willelmi Remensis archiepiscopi et Symonis Meldensis episcopi et baronum ac fidelium nostrorum, ipsa communia laudante et concedente, constituimus et precepimus ut homines predictarum ecclesiarum, beati scilicet Dyonisii et beate Genovefe, manentes in villis que in carta comitis continentur, in quibus dum viveret comes talliam et iusticiam habebat, in dominio predictarum duarum ecclesiarum ita remaneant sicut ante stabilitionem communie fuerant, scilicet ut capitagia, forismaritagia, allevia, malefactorum sanguinem et manum mortuam ipsis ecclesiis sicut dominis suis ex integro reddant, non preiudicante vel nocente ecclesiis quod in carta domini comitis de forismaritagiis vel manu mortua vel aliis consuetudinibus continetur. Quod si prenominate ecclesie per se quod dictum est de illis quinque consuetudinibus pacifice habere non potuerint, monstrabunt maiori communie, et si per maiorem habere potuerint,

maior, terciam partem habebit, et ecclesie reliquas duas. Si vero pro maiore habere non poterint: ecclesie preposito nostro uel ei qui in loco nostro meldis erit monstrabunt. Et si per prepositum nostrum uel per eum qui in loco nostro meldis fuerit habuerint: terciam partem inde habebimus, et ecclesie duas partes. Sciendum autem quod alii homines predictarum duarum ecclesiarum in quibus comes talliam et iusticiam prius non habebat, uel qui in aliis uillis preter eas que in carta comitis continentur manent, extra communiam erunt: nec aliquem eorum communia recipere poterit: nisi assensu predictarum ecclesiarum. Quod ut in perhenni memoria teneatur et inconcussum permaneat: ad pacem et munimentum dictarum ecclesiarum litteris annotatum sigilli mei impressione firmare curaui. Presentibus et testantibus domino nostro Willelmo remensi archiepiscopo. Symone meldensi episcopo. Alexandro remensi et Rorico meldensi archidiaconis. Domino Garnero de triangulo. Roberto de milliaco. Hugone de Cornillun. Fulcaldo de sancto dyonisio. Gilone de tornello. Artaldo camerario et Milone de pruuino. Actum est publice meldis. Anno incarnationis domini m. c. lxx. iiii. Data per manum haicii nostri cancellarii.

Quod neque Guido de garlandia neque heredes sui aliquid habeant in uilla Jaulliniaci.

Ego Guido de garlandia dominus castri tornemii. Notum fieri uolo omnibus tam futuris quam presentibus quod neque ego neque aliquis predecessorum meorum aliquid unquam habuimus uel habere debemus in uilla Jaulliniaci que est ecclesie sancte genouefe. neque custodiam. neque aduocationem. neque aliquam aliam dominationem siue potestatem. Et ideo ne forte aliquis heredum uel successorum meorum in predicta uilla aliquid usurpare presumat: hanc recognitionem meam ueritate subnixam et firmam presenti cartule commendari feci. et sigillo meo ad posterorum noticiam confirmari. Actum anno ab incarnatione domini m. c. lxxx. vi. 1186.

De quitatione dotalicii haeysse uxoris ricardi de megniaco.

Omnibus dei gratia ecclesie latiniacensis minister humilis. omnibus ad quos littere presentes peruenerint: in domino salutem. Nouerit uniuersitas uestra quod haeysa quondam uxor ricardi de menniaco hominis sancte genouefe in presentia nostra constituta sine coactione quilibet quitauit fide interposita et concessit eidem ecclesie quicquid nomine dotis seu dotalicii et siquid iuris aliquolibet modo habebat uel habere poterat in terris. pratis. domibus. siue quibuslibet possessionibus. quas idem Ricardus maritus eius habuerat quocumque titulo apud megniacum in territorio et dominio ecclesie memorate. Hoc idem Droco de uillanis secundus maritus eius presens fide corporali prestita concessit et 1213

concessio. Ita quod dicta ecclesia possessiones illas habeat imperpetuum pacifice et quiete. Huius autem quitationis et concessionis similiter per fidei interpositionem plegii sunt Arnulphus Burgeri. Reinerus de Rala. Testes autem huius rei sunt Hugo Thouns. Garnerus filius meus. Petrus maior de Jausiniaco. Galfridus clericus. Thomas de Meuz. Quod hoc notum sit et ratum teneatur, ad petitionem ipsorum presentem cartam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno Incarnationis dominice M°. Ducentesimo. Tertiodecimo.

De uiaria usuariorum et griaria eorumdem in territorio de Jaussigniaco.

1225. May. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod Ego Hugo de Castellione fide interposita concedente et laudante domino Guidone fratre meo quitaui abbati et conuentui beate Genouefe parisiensis quicquid habebam in uiaria usuariorum que sunt in territorio de Jaussiniaco et griariam eorumdem usuariorum et quicquid iuris et dominii habebam in eisdem usuariis libere et pacifice et sine omni dangerio imperpetuum possidendum. Ita scilicet quod liceat eis eadem usuaria redigere ad culturam uel partem eorumdem usuariorum si eis placuerit dimittere in nemore ad usum propriorum. Quod ut ratum et inconcussum imperpetuum habeatur presentem cartam sigilli mei feci munimine roborari. Actum anno domini M°. CC°. XX°V°. mense Maio.

Item de eadem uiaria et griaria. De Rodoniaco

1196 Notum sit omnibus presentibus pariter et futuris quod ego Gaucherus de Castellione et Ysabeth uxor mea fide interposita quitauimus griariam in toto territorio de Rodoniaco tam in nemore quam extra nemus quod pertinet ad ecclesiam beate Genouefe parisiensis concedente Aales matre mea comitissa Suessionensis et Aales sorore mea uxore Guillelmi de Garlanda. Quitauimus etiam illis concedentibus et laudantibus griariam in toto territorio de Maigni. Et si quid habebamus in uiaria et griaria et quicquid in toto territorio de Jausiniaco diruptum et extirpatum est quod uulgo dicitur essart. Et si quid habebamus in uiaria et quicquid iuris et dominii habebamus in predictis locis. Quod ut ratum et inconcussum habeatur sigilli nostri munimine et testium annotatione fecimus confirmari. Testes sunt hii. Radulphus de Buteio. Petrus filius eius. Reginaldus de Malo passu. Hugo de Monguellon. Hugo notarius. Petrus prepositus montis Gaii. Petrus et Guirardus de Castellione. Gilebertus de Uria. Odo de sancto Medico. Johannes Hyspanus. Petrus maior. Adam Vestbuillarz. Guibelez de Larries. Radulphus Hoce boe. Gar

nerus de duoil. Rad. dives. Actum anno Incarnationis dominice. M. centesimo. nonagesimo sexto.

De quitatione terre de Meigniaco.

N otum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod Ego Robertus comes Drocarum quitavi Sans datte
ecclesie sancte Genovefe Parisiensis terram illam quam Odo de Maigniaco et uxor eius vendiderunt
predicte ecclesie in territorio de Maigniaco et concessi ut eam quiete et pacifice possideant
et promisi iustam portare garentiam tam pro me quam pro uxore mea et heredibus meis.
Quod ut ratum et stabile permaneat: auctoritate sigilli mei et testium subscriptione
feci corroborari. Testes sunt Johannes capellanus comitis de Torci. Rad. de Buci
miles. Arnoudus prepositus de Torci. Imbertus maior de Rodoniaco. et mercator frater
eius. et Stephanus maior de Vannuis.

De elemosina nobis facta de Garnero de Maigniaco et eius uxore.

E go Agnes comitissa Mellenti notum esse volo tam futuris quam presentibus quod Gar 1174
nerum de Maigniaco et uxorem eius qui mei servi de matrimonio meo erant. et
fructum quem habebant et qui habituri erant ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Pauli. sancteque virgi
nis Genovefe in elemosina delegavi. tum pro salute anime mee. tum in curam vero
quod vir meus Galerannus comes Mellenti sancto Geranno quam in eadem ecclesia iacet De feodo Gerauno
fecerat. nec bene solverat recompensationem. Huic elemosine Radulphus filius meus
interfuit et approbavit. Ne vero hec elemosina posset in posterum infirmari: litteras
sigilli mei impressione roboratas abbati et ecclesie tradidi. Actum incarnationis dominice anno
.M. C. LX. X. Testes huius rei sunt: qui interfuerunt. Hugo abbas et prior sancti Vin
centii Silvanectensis. Ex parte domini Mauricii episcopi Parisiensis: Ascelinus decanus sancti Marcel
li et Hugo de Sarcleio. Ex parte nostra Rad. de Combels. Garinus de Villa Flux. E
wardus de Nulli. Hudwinus de Villa Flux. Ex parte autem ecclesie: Henricus maior.
et Hermerus serviens eiusdem ecclesie. Lambertus de Lisiaco. et Garinus filius eius. Ferricus
et Hugo filii Widonis de Ulmis. Henricus Testuz et Landricus frater eius.

De granica de Borreto.

I n nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Ego Guido buticularius regis Francorum. et Gui 1186
do filius meus notum fieri volumus tam futuris quam presentibus. quod cum diremus
nos habere granicam in territorio ville que dicitur Borretum. que villa est sancte virginis Geno
vefe. et canonici eiusdem ecclesie id negarent: tandem pro amore dei et animabus

nitus ac parentum nostrorum et karissime coniugis mee Margarete concessimus et quitavimus siquid habebamus nomine gruarie in territorio predicte ville. Ita ut neque nos neque heredes nostri inperpetuum poterimus impedire vel disturbare colonos ecclesie quin libere et quiete per canonicos ecclesie possint colere, diruere et extirpare ubicumque voluerint in territorio prenominate ville. Canonici autem sancte Genovefe nullam aliquibus venatoribus in eodem territorio garentiam portabunt. Concessimus et hominibus predicte ville antiqua pascua sicut habere solent. Quod ut ratum et inconcussum permaneat, sigilli nostri eo fecimus confirmari. Actum anno ab incarnatione domini .M°. C°. LXXX° VI°.

Item de gruaria in territorio de Borreto.

1186 In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Ego Guido buticularius regis Francorum et Guido pater meus notum fieri volumus tam futuris quam presentibus quod cum diceremus nos habere gruariam in territorio ville que dicitur Borretum, que villa est sancte virginis Genovefe, et canonici eiusdem ecclesie id negarent, tandem pro amore dei et animabus nostris ac parentum nostrorum et karissime matris mee Margarete concessimus et quitavimus siquid habebamus nomine gruarie in territorio predicte ville. Ita ut neque nos neque heredes nostri inperpetuum poterimus impedire vel disturbare colonos ecclesie quin libere et quiete per canonicos ecclesie possint colere, diruere et extirpare ubicumque voluerint in territorio prenominate ville. Canonici autem sancte Genovefe nullam aliquibus venatoribus in eodem territorio garentiam portabunt. Concessimus etiam hominibus predicte ville antiqua pascua sicut habere solent. Quod ut ratum et inconcussum permaneat, sigillis nostris id fecimus confirmari. Actum anno ab incarnatione domini millesimo centesimo LXXX° VI°.

De usuario nemorum de Borreto.

Ego Willelmus Karoliloci dictus abbas totusque ipsius monasterii humilis conventus

1191 notum fieri volumus tam futuris quam presentibus quod cum homines de Borreto conquererentur se habere usuarium in nemore quod dicitur sancte Genovefe, quod emimus et ad censum accepimus a Stephano abbate et canonicis eiusdem ecclesie, itemque dicerent se habere ius pascendi animalia sua in quibusdam nemoribus nostris, nos autem negaremus utrumque: tandem pro bono pacis et equitatis intuitu consilio prudentium virorum qui aderant convenimus in hanc formam compositionis et pacis. Imprimis predicti homines de Borreto quitaverunt nobis et omnino dimiserunt querelam quam movebant super usuario predicti nemoris sancte Genovefe, sive iure pascendi, sive aliis servitutibus, ut nichil deinceps inperpetuum in eo possint reclamare. Nos autem concessimus eis ius pascen

di animalia sua, armenta scilicet et iumenta et pecudes absque custodibus in omnibus ne
moribus nostris que habemus circa domum nostram que dicitur capella. a nemore odonis de fon
tanis usque ad boscum sive terram buticularii. ad dexteram vie qua venitur de bor
raco cum cuntibus ermenouillam tam in nemore quod divisimus cum petro de fontanis
quam in illo quod dicitur fuisse monachorum de mello. sive in eo quod dicitur boolera et si
que alia sunt nemora vicina et contigua domui nostre de capella. excepto porprisio
nostro quo continentur edificia nostra sive orta nostra et in omnibus bruerijs nostris que non
continentur infra nemus beeleti et espronie. Si vero contigerit nos incidere aliquam partem
predictorum nemorum continua incisione sicut incidi solent silve venales. animalia
predictorum hominum de borraco non ingredientur incisum nemus causa pascendi
usque ad quinquennium quo plene ac perfecte infra predictum tempus possint fructecta
renasci. Non forte animalia nostra causa pascendi illud intraverint. tunc enim et animalia
eorum sic et nostra poterunt intrare et pascere. Quod si forte inciderimus alicubi
arborem unam sive duas et alibi similiter divisis in locis. non ideo minus propter ta
lem incisionem animalia eorum intrabunt ut pascantur. Elapso autem quin
quennio ab incisione. libere poterunt redire ad pascendum. Item concessimus eis ut
animalia eorum liberum transitum habeant per viam que itur a borraco usque triuium.
et ad dexteram vie illius possint deambulare et pascere. usque ad bruerias que
sunt ultra beeletum. Ita quod ad sinistram partem nemus beeleti non intrabunt. nec in eo
pascentur. Hanc compositionem inter nos et homines de borraco sive etiam sancte ge
noveve habitam bona fide observabimus et super hoc guarentiam iure debitam porta
bimus quantum poterimus et debuerimus. Predicti autem homines de borraco hanc compositionem
se observaturos fide corporaliter prestita promiserunt. Quod ne aliquo malicia vel
astucia mutari possit. assensu capituli nostri sigillo nostro fecimus id confirmari.
Huic interfuerunt hugo quondam abbas sancti evurcij aurelianensis. Gregorius cano
nicus eius. Et de canonicis sancte genovefe. hugo fornarius. fulco. Amalricus. Johannes
de roca. Et de monachis nostris. Galterus prior. bozo cellerarius. Gibertus. A
malricus. Item Elyzabet buticularia. Odo de fontanis. Actum anno ab incar
natione domini m. cc. xx. j.

De excambio cuidam femine.

+ Ego Guido Silvanectensis buticularius. Notum facimus omnes presentes pariter et futuri quod cum essem in 1220
vinculis apud damascum. uxor mea Elyzabeth debebat esse sancte genove
fe feminam unam ex nostris pro excambio marie que erat femina eidem sancte geno

uete de corpore q̃m Archembould9 homo n̄r duxerat in uxorem Johe abbe ⁊ cano
nicis eidem ecc̃e uolentibȝ ⁊ concedentibȝ ⁊ eandem mariã deliberantibȝ. Ego aut̃
a uincarb rediens ⁊ rei ordinem cognoscens fc̃m uxoris mee ratum h̃ui ⁊ conuentionem
utriusq; p̃tis app̃baui ⁊ p̃ea cũ eadem ecc̃a ita p nos actum ẽ q̃ loco femine ill̃
q̃ debebat p̃stare ecc̃e: petrũ filiũ henrici barigan hoĩem n̄rm de corpore eidem
ecc̃e ĩ hoĩem dedim̃ ĩp̃petuũ ⁊ deliberauim̃ eo modo habendũ q̃ ip̃m ancilla h̃ba
m̃. Actũ anno g̃re .m̊. ducentesimo ⁊ uicesimo.

De compositione f̃ca int̃ nos ⁊ abb̃em ⁊ cõuentũ sc̃i Johis ĩ uineis.

Al. xxxv | Janvier 1241 — Uniu̾sis q̃ p̃sentes l̃ras uiderint Radulph9 sc̃i Johis in uineis suession̄ d̃cs
abbas. totusq; eiusdem ecc̃e humilis conuent9 salutẽ in dño. Cum int̃ ecc̃am
sc̃i vedasti de firmitate milonis ex p̃te una ⁊ capellã n̄ram sc̃i vulgisi eidem
castri ex altera sup̃ cura p̃rochiali in dñm castri. milites ⁊ eoꝝ familias. necnõ
⁊ cymit̃io ⁊ quibȝdã aliis q̃stio u̾teretur: Tandem mediantibȝ bonis uiris
f̃ca ẽ de consensu n̄ro. necnõ ⁊ abbis ⁊ cõuent9 sc̃e genouefe par̃. amicabilis com
positio in hunc modũ. Ordinatũ ẽ p bono pacis q̃ prioꝝ sc̃i vulgisi nullũ oĩo
sepeliet in suo cymit̃io: nisi canonicos uel conu̾sos suos h̃itum religionis
gestantes. n̄ baptizabit ĩ fontibȝ suis aliq̃ de p̃rochianis sc̃i vedasti: nisi
de assensu canonicoꝝ sc̃i vedasti. Om̃es cl̃ici ibunt ad ecc̃am quãcũq;
uoluerint. n̄ cogendi ab aliq̃ p̃b̃roꝝ. Sȝ clerici de uilla om̃ia sacramenta ⁊ se
pulturam recipient a p̃b̃ro sc̃i vedasti. Ext̃nei ů uiuentes om̃ia sacram̃enta
⁊ unctionẽ recipient a p̃b̃ro sc̃i vedasti q̃ uocabit p̃b̃rm sc̃i vulgisi si clic̃
uoluerit ⁊ iidem ext̃nei mortui deferent ad p̊mã missã ad sc̃m vulgisiũ ⁊
exinde ad sepulturã ad sc̃m vedastũ. Om̃es leuantes ⁊ cubantes in domo
prioris sc̃i vulgisi ⁊ uiuentes ĩ pane suo ⁊ sale. siue sint custodes furnoꝝ
ḻ molendinoꝝ. ut q̃dcumq; officiũ in domo eiusdem p̊oris h̃eant: de cura
⁊ familia prioris erunt. Si uero sint p̃res familias ⁊ domicilia h̃eant ĩ fur
nis ut molendinis ut aliis domibȝ. siue uxorati siue n̄: erunt de cura
sc̃i vedasti. Dñs castr̃ ⁊ milites feodati qui tenent rõne feodoꝝ suoꝝ fa
cere stagiũ p custodia castri. nec nõ ⁊ familie tam dñi q̃ dcõꝝ militũ:
erunt plene de cura sc̃i vulgisi. Familiã uero hic intelligim̃: sic sup̃ de
familia prioris. Custos uero turris ⁊ portari̾ ⁊ asinari̾ ⁊ uigil q̃ de nocte
turrem uigilat si fuerint p̃rochiani sc̃i vedasti ⁊ h̃uerint uxores domos

et familias extra breve cingulum castri: erunt de parrochia sancti Vedasti. Hoc excepto quod in festis annualibus non cogentur eorum persone que manentes erunt infra breve cingulum castri. ire ad sanctum Vedastum et hec propter tuitionem castri ne sine custodibus remaneat. Alioquin si non fuerint parrochiani sancti Vedasti nec habuerint uxores domos et familias extra breve cingulum castri: erunt de cura sancti Vulgisi. Breve autem cingulum castri intelligimus sicut modo est. ita quod non amplietur. De terris omnibus quas acquisierunt canonici nostri sancti Vulgisi tenebuntur solvere decimas ecclesie sancti Vedasti, excepta modiata terre continente semen unius picheti que est iuxta granchiam nostram et prius fuit vinguletum. de illa non solvent. Ut autem hec compositio de consensu et voluntate nostra facta. rata et inconcussa perpetuis temporibus observetur: presentem paginam in huius rei testimonium. approbationem et confirmationem sigillorum nostrorum munimine roboratam. prefatis abbati et conventui sancte Genovefe Parisiensis. dignum duximus concedendam. Ne quis possit super premissis dubitatio seu calumpnia decetero suboriri. Actum anno domini. M°. Ducentesimo. undecimo. mense Januario.

De consuetudinibus et obventionibus terre nostre de Petrefonte. no. xxx

[N]otum sit omnibus tam futuris quam presentibus quod Ego Agatha iure hereditario terre Petrefontis domina auctoritate domini pape Lucii tercii. per dominum Mauricium Parisiensem episcopum. cui idem apostolicus cognitionem huius cause commiserat. Recognovi. concessi. et ietualiter habendas confirmavi. canonicis sancte Genovefe Parisiensis tales consuetudines. obventiones. sive rectitudines de hominibus suis in terra ac potestate mea et successorum meorum manentibus. quales habent de hominibus suis sub dominio seu advocatione Radulphi turricetorum eis dominantium existentibus. scilicet respectus. manum mortuam. seu caducum. et forismaritagia. et similia: que in hominibus de corpore domini habere solent. salva mihi et successoribus meis tercia parte que iure advocatoris mihi debetur. Hoc autem ut ratum et a posteris inconcussum permaneat: testimonio sigilli mei et presentis cartule munivi. Huius rei testes sunt: Radulphus turric. Philippus de Berouiis. Hugo frater eius. Johannes de Quisia. Burcardus de Renun. Actum est anno incarnationis domini M°. C°. LXXX°. tercio. 1183

De compositione facta inter nos et dominam Calcassonam et eius filios. De drauino. Mars 1223

[E]go Hugo de Athegiis miles. magister panetarius Francie. Notum facio universis presentibus et futuris quod super contentione que vertebatur inter venerabiles viros. H. abbatem et conventum de monte sancte Genovefe Parisiensis ex una parte et nobiles homines dominam Calcassonam. Balduinum et Milonem filios eius Corbolienses ex altera de pssu

ragio uinear in prochiis de drauino et de vignolio ferar et faciendarum exactio
nibus et talliis quas dicta Calcassona Balduinus et Milo exigebant ab hospitibus dictorum
abbatis et conventus in dictis prochiis commorantibus ratione iusticie et domino warie. Infra
fines dictarum prochiarum in presentia domini regis in me fuit a partibus compromissum.
Ego vero precepto domini regis istud arbitrium suscepi et de bonorum virorum consilio dic
tum meum protuli in hunc modum, videlicet quod predicta domina Calcassona Balduinus et
Milo de Corbolio imperpetuum quitaverunt prefatis abbati et conventui de monte sancte
Genovefe Par. totum id quod in prefatis vineis, pressuragio et viaria habebant
et clamabant libere quiete et pacifice imperpetuum possidendum, salva predictis
domine Calcassone, Balduino et Miloni filiis eius garenna sua sicut antea ha
bebant. Ita videlicet quod dicto hospites eorum et colonos infra fines dictarum paro
chiarum commorantes exactionibus vel quibuslibet aliis modis non poterunt
gravare vel in aliquo molestare, nisi forefecerint extra territorium dictorum abbatis
et conventus, nec etiam eisdem hospitibus talliam imponere vel ab eis exigere, nisi
sint homines sui de corpore. Quod ut perpetue firmitatis robur optineat
presentem paginam sigilli mei munimine roboravi. Actum Meleduni anno
dominice incarnationis M° ducentesimo vicesimo tercio, mense Marcio.

Item de eadem compositione.

mars 1223 Nos domina Carcassona, dominus Balduinus miles, dominus Milo canonicus Par. filii
eiusdem domine Carcasse notum facimus tam presentibus quam futuris quod nos de que
relis quas intendebamus inter nos ex una parte et abbatem et conventum sancte Genovefe Par. ex
altera, videlicet pressuragio vinearum in prochiis de drauello et de vinolio ferar
et faciendarum exactionibus et talliis quas exigebamus ab hospitibus suis in
predictis prochiis commorantibus ratione iusticie et domino warie infra fines dic
tarum prochiarum. Tandem mediantibus bonis viris, scilicet domino Hugo
ne de Athyes ballivo domini regis in quem nos et predicti abbas et conventus de predictis
querelis compromiseramus, Terrico de Corbolio et Bertaudo preposito Corbolien.
pacem fecimus cum abbate et conventu predictis in hunc modum, scilicet quod nos pro
bono pacis et ob remedium animarum nostrarum predictis abbati et conventui quita
vimus imperpetuum quicquid habebamus in prefatis vineis, pressuragio et viaria habebamus
libere et quiete et pacifice possidendum, salva tamen nobis garenna sicut
antea habebamus. Ita videlicet quod dicto hospites eorum et colonos infra fines
dictarum prochiarum commorantes exactionibus vel quibuslibet aliis modis

n̄ possum̄ g̃uare seu in aliq̊ molestare. n̄ nob̄ forefecint ext̃ territoriũ abbis et conuent̄ p̄dcõrum. nec etiam eisdem hospitib; tallias impon̄e. uel ab eis exi gere nisi sint homines n̄ri de corpore. Ut aut̃ p̄dca omĩa rata sint ↄ̃petuũ et firma: p̄sentẽ cartã sigilloꝝ n̄roꝝ munimine fecim̄ roborari. Actum parisi⁹ in curia b̄i eligij. Anno dñi. m̊. Ducentesimo. uicesimo Tercio. mense martio. in festo b̄i b̄ndcĩ.

Qr gauchers de castellione n̄ recipiet homines n̄ros.

e Go Gaucherus de Castellione et Elyzabeth uxor mea et filij n̄ri notũ fieri uolum̄ tam p̄sentib; q̃ futuris q; concessim̄ dil̃cis n̄ris .J. abbi et canonicis s̄ce genouefe parys. ob reuerentiã aplõꝝ petri et pauli et iam dc̃e uirginis in quoꝝ honore fundata et consecrata ē eoꝝ ecc̃a et ob remediũ animaꝝ n̄raꝝ. q; neq; nos neq; successores n̄ri aliq̃s de hominib; uel de hospitib; ipõꝝ in terra n̄ra recipiem̄ ut retinebim̄. Ita q; ibi masurã h̄eant uel sint hospites n̄ri. Huic concessioni n̄re interfuerunt dilectus n̄r Willm̄ de garlanda. Petr̄ p̄posit⁹ de monte Gaio. Odo de s̄co medico. Qd̊ ut firmũ et stabile p̄maneat: sigilli n̄ri fecim̄ confirmarj. Actũ ãno dñi. m̊. c̊c̊. Tercio. mense martio. mars · no.xxiiij. 1203 ·

De quitatione griarie in territorio de Rodoniaco.

n otũ sit omĩb; p̄sentib; p̃tr̃ et futuis q; Ego Gaucher⁹ de castellione et Elyza bet uxor mea fide interposita quitauim̄ griariam in toto t̃ritorio de Rodo niaco tam ĩ nemore q̃ ext̃ nemus quod ptinet ad eccãm b̄e genouefe par. concedente Aelaid m̄re mea comitissa suessioñ. et Aelaid sorore mea uxore Guilli de garlanda. Q̃itauim̄ etiã illis concedentib; et laudanti b; griariã in toto t̃ritorio de margni. et siquid h̄ebam̄ in uiaria et griari am et quicquid dn̄ium ē in toto t̃ritorio de Jaussiniaco et siquid h̄ebam̄ ĩ uiaria. Et quicq; iuris et dñij h̄ebamus ĩ p̄dcĩs locis. Qd̊ ut ratum et incon cussũ h̄eat: sigilli n̄ri munimine et testiũ ãnotatõe fecim̄ confirmari. Tes tes sunt hij. Radulph⁹ de buciaco. Petr̄ fili⁹ ei⁹. Reginald⁹ de malo passu. Hugo de moguello. Hugo notari⁹. Petrus p̄posit⁹ montis gaij. Petrus et Girard⁹ de castellione. Gilebert⁹ de bria. Odo de s̄co medico. Johẽs hyspan⁹. Pe trus maior. Adam uestruillarz. Guibelez de sarries. Rad̊ hocebof. Gar ner⁹ de duoil. Radulph⁹ diues. Actũ ãno incarnati ũbi. m̊. Centesimo. Nonagesimo vj. 1196 · no.xvi.

Ego Guido **De nemore de tercio.**

avril 1223. + filius Guidonis quondam buticularii siluanect. et ysabellis uxor mea notum faci
mus uniuersis presentibus pariter et futuris quod nos canonicis beate genouefe de bul. in perpetuam +
elemosinam viginti arpenos nemoris in nemore nostro quod dicitur Jarcai pro salute a
nimarum nostrarum et antecessorum nostrorum dedimus et concessimus libere et pacifice possidendos. Ita
tamen quod nemus illud non poterit extirpari. nec in eo licebit uenari alicui nisi nobis uel a
liis de nostra licentia. Nos autem nobis et heredibus nostris in antedicto nemore excheiam
et omnem iusticiam retinemus. Quod ut firmum et stabile permaneat: presens scriptum
sigillorum nostrorum appensione fecimus confirmari. Actum anno gratie. Mº. Ducentesimo
vicesimo Tercio. Mense aprili.

De decima de tercio.

1200. + Ego Ansellus dei gratia Melden. ecclesie humilis minister. Notum facimus tam futuris quam
presentibus quod petrus de Vinecorte miles et margarita eius uxor in presentia nostra con
stituti dederunt ecclesie beate genouefe de bullo apud tercium in perpetuam elemosinam decimam
quam habebant ad mesnilum macelini in episcopatu nostro assensu andree ternel a quo
eandem decimam tenebant. Consensu etiam et laude Willelmi de Cornillun. a quo
idem andreas eam tenebat. Hoc idem concesserunt et laudauerunt Johannes et
Guillelmus filii predictorum petri et margarite. et hoc in manu nostra fiduciauerunt. Pre
terea dictus andreas concessit quod elemosinam istam in omnibus et contra omnes homines
garentiret. Quod ut perpetuam obtineat stabilitatem: nos ad petitionem supradictorum
petri de Vinecorte et margarite uxoris eius presentem cartam sigilli nostri testimo
nio confirmauimus. Cuius etiam rei testes sunt Gaufridus prior sancte genouefe par.
Stephanus cellerarius. fulco camerarius. Magister Johannes aurelian. Vincentius et go
defridus canonici melden. Actum anno ab incarnatione domini. Mº. Ducentesimo.

Item de eadem decima.

1200 + Ego Ansellus dei gratia melden. episcopus. Notum facimus presentibus et futuris quod petrus de
Vinecorte miles et margarita uxor eius in presentia nostra constituti: dederunt
ecclesie beate genouefe de bullo apud tercium in perpetuam elemosinam decimam quam habebant
apud bullum mesnilum macelini in episcopatu nostro assensu andree ternel a quo
eandem decimam tenebant. Consensu etiam et laude Willelmi de Cornillun. a
quo idem andreas eam tenebat. Hoc idem concesserunt et laudauerunt Jo
hannes et Guillelmus filii predictorum petri et margarite. et hoc tenendum in manu
nostra fiduciauerunt. Preterea dictus Andreas ternel concessit quod elemosinam istam

in omnibus et contra omnes homines bona fide garentiret. Quod ut perpetuam obtineat stabilitatem: nos ad petitionem predictorum petri de vineto et margarite uxoris eius presentem cartam sigilli nostri testimonio confirmavimus. Cui etiam hii testes sunt: Gaufridus prior sancte genovefe. Stephanus cellerarius. Fulco camerarius. Magister Johannes aurelianensis et vincentius et Godefridus canonici meldenses. Actum anno verbi incarnati. millesimo. Ducentesimo.

De duobus modiis bladi percipiendis in molendinis de pissiaco.

Ego Robertus malus vicinus notum fieri volo tam futuris quam presentibus quod dedi meam et ego dedi ecclesie sancte genovefe de byxo .... in perpetuam elemosinam duos modios et dimidium bladi ad mensuram meldensem in molendinis meis de pissiaco singulis annis percipiendos. Et quicquid habebamus in territorio de molegnio tam in terris quam in pratis. Et ego hanc elemosinam recognovi in presentia venerabilis patris nostri. O. episcopi parisiensis et domini mathei de monte morenciaco et Elyzabeth buticularie silvanectensis. Quod ut magis firmum et inconcussum habeatur presentem cartam sigillo meo confirmavi. Actum parisius. anno dominice incarnationis. millesimo. Ducentesimo. Secundo. mense maio. may 1202

De decima de malo nido.

Ego matheus dominus marliaci et matildis uxor mea notum fieri volumus presentibus 1194
presentibus et futuris quod cum inter ecclesiam sancte genovefe parisiensis et Garnerium de Rochinort esset controversia super quandam decimam que dicitur decima de malo nido quam Bartholomeus de malo nido
pilosus predicte ecclesie dederat in elemosinam et ecclesia eam possederat fere per .xxx. annos. Garnerius vero contendebat ipsam esse de feodo suo. Tandem nobis mediantibus in hanc formam pacis convenerunt. Garnerius in presentia nostra constitutus quitavit prefate ecclesie et donavit in elemosinam siquid iuris et dominii habebat in decima illa et fide interposita promisit portare iustam garentiam. Ecclesia vero dedit illi pro quitatione .viii. libras parisiensis monete. Nos etiam de quorum dominio erat quitavimus eam et dedimus in elemosinam predicte ecclesie quicquid iuris et dominii in eo habebamus et promisimus quod tam nos quam heredes nostri portaremus inde iustam garentiam. Fideiussores pro Garnerio fuerunt. Gilo de verlat. Petrus de aupec. et Radulfus filius eius. et nos pariter cum eis. Huic compositioni interfuerunt Salomon decanus de castro forti. Odo de sancto mederico presbyter. Paganus maior de soisiaco. Petrus duplex de sancto nunno. Ludovicus et Nicholaus servientes abbatis sancte genovefe et multi alii tam clerici quam laici.

Ut vero ratum et inconcussum permaneat, sigillorum nostrorum auctoritate fecimus roborari. Actum anno ab incarnatione Domini mo. centesimo. xc. iiii.

De clauso mali vicini.

Ego Matheus de Monte Morenciaco, dominus Marliaci, et Matildis uxor mea notum facimus tam futuris quam presentibus quod vineam nostram que dicebatur clausus mali vicini quam
1202. tenemus ab ecclesia sancte Genovefe sub annuo censu trium solidorum et viii. denariorum, dedimus hospitibus ad hostisias faciendas de assensu et voluntate abbatis et canonicorum sancte Genovefe, quorum erant fundus terre illius et decima et omnis iusticia. Statutum est autem quod ille census capitalis semper erit canonicorum sancte Genovefe, et hospites qui ibi erunt mansionarii, sui erunt parochiani, et omnes decimas tam magnas quam minutas capellano de Monte persolvent, et cetera iura parochialia secundum consuetudinem parochie sue. Nobis autem abbas et conventus concesserunt totum augmentum census hostisiarum que ibi fient, quod vulgo dicitur croiscens, et medietatem venditionum, thelonei, rotagii, foragii, et omnium proventuum tam iusticiarum quam aliorum redditum qui pertinent ad iusticiam, et medietatem tripagii quamdiu clausus comportetur. Quotienscumque ventum fuerit ad vadia duelli, ducetur duellum in curiam canonicorum in Monte, et ibi finietur, salva tamen medietate nostra de emenda duelli. Omnis alia iusticia tenebitur in predictum clausum usque ad vadium duelli. Serviens ibi constituetur ex consensu utriusque partis, qui tam nobis et heredibus nostris quam supradictis canonicis faciet fidelitatem de omni iure conservando et faciendo ad utramque partem pertinente. Si autem forte aliqua querela emiserit inter nos et canonicos, vel eos qui in loco nostro successerint, redditibus cum eis participationem habebunt, vel etiam communem servientem illius terre, quia sibi dividum illius terre canonici retinuerunt, causa illa in curia eorum in Monte terminanda. Preterea sciendum est quod nos et heredes nostri predictos redditus ab ecclesia beate Genovefe omni tempore tenebimus, nec poterimus aliquis eorum sine assensu abbatis et canonicorum vel dare vel vendere seu commutare, et singulis annis predictum capitalem censum trium solidorum et viii. denariorum eis in festo sancti Remigii persolvemus. Insuper sciendum est quod in strata illa que de Monte tendit ad Sequanam, et in strata illa qua itur per vicum Garlande usque ad gressum sancti Iuliani, que est meta burgi sancte Genovefe, que strate in iusticia sunt canonicorum, nos vel heredes nostri nichil penitus poterimus reclamare, sed tantummodo infra metas clausi predicti participationem cum eis habebimus, secundum quod superius est diffinitum. Quod ne valeat oblivione deleri, presentem cartam sigillorum nostrorum munimine fecimus confirmari. Cuius rei testes

sunt Magister Gilebertus presbyter beate marie de marliaco. Milo de vicinis. Willelmus de vicinis. Odo de sancto medico. Actum anno incarnationis dominice. Millesimo. Ducentesimo. secundo.

De viginti denariis censualibus percipiendis ante sanctum medericum.

+ Ego Bocardus miles dominus malliaci notum fieri volo presentibus pariter et futuris quod dedi et concessi et caritative inuitu ob remedium anime mee in perpetuam elemosinam ecclesie sancte genovefe parisiensis viginti denarios de cremento census quos habebam singulis annis in quatuor domibus sitis parisius in censiva sancte genovefe ante ecclesiam sancti medardi. pro quibus domibus reddebantur singulis annis ecclesie supradicte quatuor denarii de capitali censu. In cuius rei memoriam presentes litteras feci fieri et sigilli mei munimine roborari. Actum anno domini. Millesimo. Ducentesimo. vicesimo quinto. mense februario. fevrier 1225.

De terra thome burgensis de firmitate milonis.

+ Ego L. comitissa sancti quintini et domina valesie. notum facimus presentibus et futuris quod cum dilectus noster Johannes abbas sancte genovefe parisiensis et eiusdem ecclesie conventus concessissent 1201

Thome burgensi et preposito nostro de firmitate milonis ut daret totam terram suam quam habuit apud marisiacum et apud moletum in dominio ecclesie sue hospitali pauperum quod ante capellam sancte marie magdalene in firmitate milonis. salvo tamen iure ecclesie sancte genovefe per omnia. campipartem terrarum et omnibus decimis tam magnis quam minutis que sunt in decimatione sua secundum consuetudinem parrochie sancti vedasti et salvis venditionibus iam dicte terre. et omnibus iusticiis eorum. Preterea quicumque mansionarii vel stationarii erunt in grangiis vel domibus fratrum hospitalis que nunc sunt vel forte deinceps edificabuntur in parrochia sancti vedasti ita se habebunt sicut alii parrochiani eorum. et omnia iura parrochialia ecclesie sancti vedasti persolvent. preter conversos et conversas qui abrenuntiaverint seculo et habitum religionis assumpserint. Et si isti unctione vel communione indiguerint. quamdiu erunt in parrochia eorum in ecclesiis suis sacramenta accipient. Nec oratorium vel altare poterunt construere sine assensu capituli sancte genovefe. prout in privilegiis suis continetur. Ipsi itaque ea que premissa sunt bona fide erga fratres sancte dicti hospitalis firmiter tenebunt. tali modo quod nec apud dominum papam vel aliquam aliam personam super premissis iam dicti fratres aliquid querere poterunt quod ecclesie sancte genovefe sit in gravamen. Quod ne valeat ab aliquo in posterum infringi vel mutari. scripti presentis pagine commendavimus signantes presentem cartam et sigilli nostri munimine confirmantes. quam sub cirographi partitione hinc inde habendam duximus. Huius rei testes sunt Galterus vicecomes domini martini. Jocelinus de perru

chio. Theobaldo de seri. Gileb'to de Cullolijs. Actum ab incarnatione dni anno m°. Ducentesimo. primo.

De moltura de moleio.

Juin/1213 moulin de l'isle

Alienor comitissa sci quintini & dna valesie. uniuersis xpi fidelibus Imperpetuum. Notum fieri volumus presentibus & futuris quod nos molturam de moleio pertinentem ad ecclesiam see genouefe par. secundum quod diligenter fecimus inquiri. cognoscentes per inquisitionem diligentem & legitime factam: eandem molturam ad prefatam pertinere ecclesiam: quitauimus eidem ecclesie libere ac reddidimus. Et ne predicta ecclesia super hoc decetero molestetur: presentem inde cartam fieri & sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno dni. Millo. Ducentesimo. Terciodecimo. mense Junio.

De commutatione cuiusdam terre de Contejn.

1195 Ego Robertus comes dns drocarum. & ego Rolendis comitissa dna drocarum. tam presentibus quam futuris notum fieri volumus. quod concessimus ecclesie see genouefe par. terram nostram quam habebamus in territorio de Contejn cum decima. & quicquid iuris & dnij in ea habebamus. Abbas vero & canonici predicte ecclesie dederunt nobis in excambium terram quam habebant apud Calliacum. & quicquid iuris in eadem terra habebant. Dederunt etiam nobis pro emendatione excambij. sexdecim libras parisien monete. Et ut hoc ratum & firmum habeatur: sigillorum nostrorum munimine corroborauimus. Datum apud Calliacum per manum hugonis clerici nostri. anno gre. Millo. C°. xc°. v°.

De viginti sol. parisiensibus pro feodo marsiaci.

Sans Datte

Ego Guido comes niuernis. & ego yda mater comitis notum facimus tam futuris quam presentibus quod nos debemus. xx. sol. ecclesie see genouefe de paris. pro feodo marsiaci ad octabas sci remigij annuatim reddendos. Quos in censu de droia prefato termino reddendos canonicis prefate ecclesie assignauimus. statuentes ut quicumque deinceps prepositus fuerit droie presentis ecclesie latori. ad octabas sci remigij singulis annis. xx. solidos reddat. Quod ut ratum & inmutabile permaneat in futurum: impressione sigillorum utriusque nostrum fecimus roborari. ut nemini deinceps hanc nostre confirmationis paginam liceat infringere. Testibus hijs quorum nomina subscripta sunt. Garnerio de tanello dapifer comitis per cuius manum hoc factum fuit. Fortinus de droia. Radulphus capellanus. Actum piplice autisiodori. xv. kl. nouembris. Datum per manum Thome notarij.

De viginti solidis parisiensis in ... de lazar

Ego her'

e go Iterius dñs de Tociaco notū facio tam p̄sentib; q̄m futuris q̄ de balliua 1207
de fleucho q̄m teneo ab eccl̄a b̄e genouefe par̄ singulis ānis debeo redde eidem eccl̄e viginti solidos de moneta illi⁹ terre in nundinis sc̄i lazari. Et hoc idem h̄ede mei p⁹ me ānuatim p̄soluē tenebunt̄. Q̄d ut mag̃ ratū sit ⁊ stabile: p̄sentem cartam sigilli mei impressione feci cōfirmari. Actū āno incarnationis dñice millo. Ducentesimo. Septimo. Mense februar̄.

De inuadiatione uarie de soysiaco.

e go Guido de versaliis balliu⁹ dñi reg̃. Notū facim⁹ omib; ad q̄s litte iste p̄ue nerīt. q̄ Willm⁹ rufin. Robt⁹ pelu. milites inuadiauerūt ptem uarie sue q̄m h̄ebant apd soysiacum. q̄am tenebant a nobis. eccl̄e sc̄e genouefe par̄. p̄ triginta libris par̄. saluis sibi censamento suo ⁊ feragio. Et nos de cui⁹ feodo ē uaria illa uolum⁹ ⁊ concessim⁹. Concessū aut̄ fuit ab eisdem militib; . s; ⁊ nos idem cō cessim⁹ de pte q̄m h̄nt in eadem uaria q̄ dc̄a eccl̄a a nobis h̄t in uadio. q̄ si a liquod forefactū. ut aliquid tale q̄d emendari debeat accidit q̄mdiu eccl̄a uariam illam tenebit: emenda erit eccl̄e prochiat de soysiaco ad opera facienda p̄ re medio animar̄ suarū. Et cū canonici b̄e genouefe uoluerīt rehere denarios q̄s p̄ uaria illa tradiderunt: infra mensem unū p̄q̄ repetierīt suos denarios: sine difficultate aliq̄ ⁊ dilatione h̄ebunt. Et nos de cui⁹ feodo hec mouet tali m̄ h̄ cōcessim⁹. q̄ si dc̄i milites nollent aut n̄ possent redime uariā illā: licitū erit nobis si uellem⁹ eam sine contradicione redime ⁊ tenere. In cui⁹ rei testimo niū requisiti ab eisdem militib; p̄sentib; litteris sigillū nr̄m apposuim⁹. Actū anno dñi. millo. Ducentesimo. Sextodecimo. 1216

De capella de paciaco.

+ v niuersis ad q̄s p̄sentes litte puenint. Petr⁹ Tristan. dñi regis franc̄ camerari⁹ salt̄ in dño. Nouitis q̄ cū uiri uenabiles ⁊ religiosi abbas ⁊ conuent⁹ sc̄e geno uefe par̄. intuitu dilc̄ionis q̄m erga me h̄re noscunt̄. ad p̄ces meas michi con cesserint. ut unus de concanonicis suis qui apd marliacū morant̄ singlis dieb; si nc̄e fuerit in capella domus mee de paciaco diuina debeat misteria celebrare: ego ne tanti bn̄ficii uidear ingrat⁹ puidens sustentationi dc̄i canonici. confiteor me debere ⁊ teneri singlis annis in natiuitate b̄i iohis bapt̄. redde eccl̄ie p̄fate sc̄e genouefe q̄ndeci libr̄s puinen̄. donec emptionem inuenio in q̄ possint eis q̄nde cim librate ppetui redditus puinen̄. assignari. Quib; assignatis firmit̄ ⁊ sta bilit̄: de quindecim libris quit⁹ remanebo. Concesserunt insup m̄ dc̄i abbas mars 1222

et conventus. Ita quod pro rationabili et evidenti causa liceat mihi per unam noctem vel duas penes me apud Paciacum dictum canonicum retinere. Quod ut ratum habeatur et firmum, presentes litteras sigilli mei feci munimine roborari. Actum anno Domini M° CC° XXIII°, mense Martio.

De hominibus de Borreto.

novembre 1233. Ph. Comes Bolon. dilecto suo abbati Sancte Genovefe Parisiensis salutem et sincere dilectionis. Rogamus vos in quantum possumus quatinus homines de Borrez qui sunt in custodia et in advocatione nostra teneatis ad usus et consuetudines ad quos antiquis fuerunt temporibus inclite recordationis karissimi quondam genitoris nostri et karissimi fratris nostri Ludovici quondam regum Francie. Et si dicti homines aliquibus iniuriam fecerint, ipsi sunt coram nobis parati conquerentibus de eisdem iusticie plenitudinem exhibere. Et nobis mandetis quid inde facere volueritis et recredatis eisdem res suas quas tenetis. Actum apud Fontem Bleaudi anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo tercio mense Novembri.

Item de eisdem.

Novembre 1233. [B]en. de Byeria, ballivus Claromontis, preposito de Dammartino salutem. Mandamus vobis quatinus litteras quas latori presentium vobis tradere feratis ad priorem de Borret. per quas ei mandamus quod ipse recredat per plegios namia hominum de Borret. Si vero dicta namia recredere non velit, usque dum dominus comes veniat in partes illas, de rebus ipsis tantum capiatis quod dicti homines pro defectu vestrum ad dominum comitem querimoniam super hoc non reportent. Sciatis enim quod nos super hoc a domino comite recepimus mandatum. Actum anno Domini M° ducentesimo tricesimo tercio, die Martis ante festum sancti Andree.

De pace et compositione inter dominum Nevelonem de Roncherolis et ecclesiam nostram.

fevrier 1241. [N]overint universi presentes litteras inspecturi vel audituri quod cum contentio mota fuisset inter dominum Nevelonem de Roncherolis militem ex una parte et abbatem et conventum Sancte Genovefe Parisiensis ex altera super quibusdam redditibus, exactionibus, querelis, corveis, vecturis, culcitris commodandis, que sibi dictus N. dicebat deberi a dictorum religiosorum hospitibus de Borreto. Tandem post multas altercationes habito bonorum consilio lis sub hac forma conquievit: quod predictus N. pro bono pacis concessit, quitavit et remisit eisdem hospitibus in perpetuum corveias, vecturas antedictas et commodatum culcitrarum, tali tenore et conditione adiectis et a dictis religiosis et dictis eorum hospitibus concessis quod quicumque ex dictis hospitibus eorum habuerit unum equum pro antedictis exactionibus dicto N. debitis, scilicet pro tribus corveis quas dicti hospites debebant ei et heredibus suis persolvent in perpetuum singulis annis duos solidos parisienses in festo beati Martini hyemalis. Qui vero duos equos habuerit, tres solidos; et qui tres equos habuerit, quatuor solidos; et qui quatuor equos habuerit, sex solidos persolvet

in termino prenotato. Et quicumque ut plures habuerit equos: soluet pro rata secundum quod dictum est.
Is uero qui equum non habuerit: pro annuali conredio duodecim denarios singulis annis sibi
et heredibus suis persoluet in termino prenotato. Si autem domus in terra ipsorum religiosorum tenta per
plures parcenarios diuidatur. quilibet parcenariorum pro portione sua duodecim denarios dicto
.R. et eius successoribus soluere teneatur termino predicto. Portione autem unius cedentis uel
decedentis aliis parcenariis accrescente. uel ad aliquem eorum reuertente alii parcena-
rii eidem .R. et heredibus .xii. denarios pro decedentis uel cedentis portione ad eos reuer-
tente non teneantur. sed aliquis extraneus qui in parcenarii portione quocumque modo succedet:
eidem .R. et heredibus .xii. denariorum singulis annis teneatur. saluo redditu predicto pro nu-
mero equorum debito. Talliam uero quam habebat singulis annis super dictos hospites
dictorum religiosorum quitauit et remisit hospitibus ipsorum imperpetuum pro .vii. libris par.
sibi et heredibus suis singulis annis in termino supradicto ab eisdem hospitibus persoluen-
dis. Insuper cum contencio esset orta inter eosdem super eo quod dominus .R. diceret sibi com-
petere accipiendi namia siue uadimonia in domibus hospitum dictorum religiosorum
pro forefactis et debitis eorum et exercendi iusticiam sanguinis de presenti siue de calida
melleia in dictos hospites et domibus eorum de borueno: et se eo iure hactenus usum
fuisse asseret dictis abbate et conuentu quod nisi in defectum seruientis et balliui ip-
sorum accipere namia in domibus dictorum hospitum eidem .R. non licere asserentibus:
Tandem lis inter eos sub hac forma conquieuit. Videlicet quod dicti abbas et con-
uentus pure et simpliciter concesserunt ius competere eidem .R. exercendi iusticiam sangui-
nis de presenti et calida melleia in dictos hospites et in domibus eorum et hoc in ipsis esse.
et eo iure eum usum hactenus fuisse recognouerunt et eidem hoc libere quitauerunt.
et iuri siquod habebant super hoc renunciauerunt. De namiis autem in domibus dictorum ~~hos-~~
~~pitum~~ hospitum accipiendis: concessum est .R. eisdem abbati et conuentui pure et
simpliciter quod sibi nec seruienti suo non liceat decetero namia accipere in domibus dictorum
hospitum non requisito prius dictorum abbatis et conuentus seruiente. Ita quod si dictus seruien-
ens ab eodem .R. uel seruiente suo monitus de delictis uel debitis dictorum hospitum
fecerit in continenti uel eadem die sine lite et contradictione satisfieri. uel namia tra-
diderit: dictus .R. uel eius seruiens namia in domibus ipsorum hospitum accipere non possit et iuri
siquod habebat super hoc idem .R. expresse renunciauit et eisdem quitauit. Dictorum autem
abbatis et conuentus seruiente incontinenti uel eadem die predicta nolente facere. uel ne-
gligente: tunc dicto .R. uel eius seruienti namia in domibus dictorum hospitum accipere lice-
at. tam pro predictis .vii. libris quam pro emenda eidem .R. debita ab illo qui termino sta-

tato portione dicte firme s' competente n' soluto q' p aliis quibuscumq; debitis et fo
restis ipsorum. Et emenda ab aliquo dictorum hospitum pro dictis vii. libris n' solutis i
termino dicto .fi. debita quoque sol. n' excedat. saluis et reseruatis pure et integre dno .fi.
et eius successoribus in terra dictorum abbis et conuent' de borrenco et i hospites predictos. Rap
tu. murdro. homicidio. incendio. latrocinio. duello. p prima uadimonia. Jurisdic
tione alienigenarum. seu aubanorum. Remanentibus in terra eorum religiosorum commorantium apd
borrancum et potestate exercendi omnem iusticiam minorem p quibuscumq; et contra quoscumq; in
terra abbis et conuentus et hospites de borrenco et defensione seruientis dictorum abbis et con
uentus et negligentiam et retentis omnibus aliis dno .fi. et eius heredibus que ad maiorem
siue ad altam iusticiam pertinent. sicut dictus .fi. hactenus usus est predictis et ad eandem
de iure noscuntur pertinere. et saluis similiter dictis abbi et conuentui et reserua
tis omnibus que ad minorem iusticiam pertinent sicut hactenus usi sunt et ad eos
de iure noscuntur pertinere. exceptis iusticia sanguinis de plenta et calida mellea.
et aliis ad maiorem uel ad altam iusticiam pertinentibus dno .fi. et eius heredibus sicut
supradictum est reseruatis. In cuius rei testimonium perpetuum et munimen. utraque pars
instrumentum sub hac forma hinc inde tradidit sigilli sui proprii munimine
roboratum. Dat. anno dni. m. cc. xl. primo. mense febr.

De concambio inter nos et ecclesiam Vallis serene.

avril 1247 — e Dei permissione Vallis serene minister humilis. totusque eiusdem loci conuent'
omnibus presentes litteras inspecturis salutem. Notum facimus quod nos dedimus in ex
cambium ecclesie sancte genouefe par. hodeardym filiam Renoldi de mortuo fon
te p auelina filia bertrandi de mortuo fonte manentis in uico de quoque
rel. Quod ut ratum sit et inconcussum. sigillorum nostrorum munimine robo
rauimus. Datum anno dni. m. cc. xl. vii. mense aprili.

Comutatio de Autolio et de Vernon.

10 janvier 1109 — a gnoscant uniuersi presentes et posteri que et qualiter facta est comutatio inter cano
nicos sanctorum apostolorum petri et pauli et sancte genouefe preciptue uirginis. atque inter
monachos monasterii sancte marie becci. Stephanus gratia decanus et uniuersus canonicorum
conuentus supscripte ecclesie. quicquid habebant. et quicquid alii de illis tenebant. seu
in feodo. seu alio aliquo modo apud Vernon castrum. et apud uillam gamilliacum.
vel etiam quicquid vi aut fraude fuit illis inde ablatum: monasterio sancte

marie becci. et monachis in eo deo servientibus concesserunt perpetuo iure possiden
dum. Similiter abbas Willelmus et universa congregatio beccensis mona
sterii quicquid habebant et quicquid alii de illis tenebant. seu in feodo. seu alio
aliquo modo apud altolium villam. et apud civitatem parisius. in servis et
ancillis. in censu et in vineis et terra arabili. cum iusticia et cum omnibus consuetudi
nibus quas ibi habebant. vel etiam quicquid vi aut fraude fuit illis inde abla
tum. ecclesie sancte genovefe et canonicis regularibus ibidem famulantibus concesserunt perpetuo iure possidendum.
Acta sunt hec puplice in capitulo sancte genovefe. Anno incarnationis dominice
millesimo. centesimo. nono. iiii. Idus Januarii. Regnantibus atque hec eadem confir
mantibus ludovico rege francorum. anno regni sui secundo. et henrico rege an
glorum et duce normannorum anno regni sui decimo. Presentibus stephano decano. Ber
nardo precentore. Gileberto thesaurario. claro sacerdote. Widone sacerdote.
Landrico. et Ursione. Roberto. diaconibus. Frodico. Alberto. Henrico. subdiaco
nibus. Giroldo. odone. Alberico. pueris: cum ceteris canonicis. De monachis:
bosone sacerdote. balduino de tornaco. Rodulpho cellerario. Ricardo subdiacono.
Testes ex parte canonicorum. Henricus maior. Balduinus cellerarius cognomine paga
nus. landricus camerarius. Germundus censarius. Stephanus coquilla. Belotus filius
Rainardi. Stephanus bidun. Testes ex parte monachorum: Willelmus de mala villa.
Willelmus de becco Ricardi. Heldegarius de gornaco. Postea vero xvii. kalendas Februarii
suprascripti anni recitata sunt hec et confirmata in capitulo sancte marie becci.
presentibus eiusdem cenobii abbate Willelmo. Balduico priore. Rogerio precentore.
Gefredo thesaurario. Rodulpho camerario: cum ceteris monachis. Et de ca
nonicis: claro sacerdote. et Gilleberto thesaurario. Testes ex parte monachorum:
Gaufridus sacerdos. Willelmus cubicularius. Robertus marescallus. Rogerius cocus. Odo
cocus. Girulphus forestarius. Willelmus de sancto sidonio. Ricardus filius Roberti. Ex parte
clericorum: Mainardus et Belotus.

De permutatione duarum vinearum inter nos et capitulum parisiensem.

+ Decanus et universum parisiense capitulum. omnibus presentes litteras inspecturis sa — *Janvier 1225*
lutem in domino. Noverit universitas vestra quod nos communi assensu concessimus abbati et
canonicis beate genovefe parisiensis vineam nostram que sita est in terra eorum iuxta vineas e
orumdem. que dicitur fosse domini Symonis de sancto Lyonardo imperpetuum pacifice possidendam.
Predicti vero abbas et canonici concesserunt nobis vineam suam que dicitur vinea foro

ris. sine coactione venditionis imperpetuum pacifice possidendam sub annuo censu
octo denariorum par. ipsis a nobis in festo sancti Remigii reddendorum. Salva eisdem
iusticia et dominio, decima et pressoragio, sicut habent in aliis censivis suis. Quod ut fir-
mum et stabile permaneat, presentes litteras sigillo capituli nostri fecimus confirmari.
Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo primo, mense Januario.

xxxviij.

De iugata de parvo ponte.

Que occasionem iurgiorum auferunt et in posterum pacem conservant, scripture
1187. solent mandari, ne per negligentiam aut maliciam, ut solet quorumdam, recidiva
nauseant materia litigandi. Eapropter ego Fulco sancti Germani de Pratis abbas, totusque ipsius
ecclesie conventus notum fieri volumus per presentem paginam tam futuris quam presentibus
quod cum edificaremus domum quamdam super molendinum nostrum quod est in parvo ponte,
dilecti nobis fratres et amici nostri Stephanus abbas sancte Genovefe et canonici ipsius ecclesie con-
questi sunt, quod iugata que ex parte molendini eorum communis nobis et ipsis erat, et
suspendendo funibus utrique molendino communiter serviebat, ultra quam debebat super
aquam eorum extenderetur, et in dampnum ecclesie sue molendinum eorum in posterum impe-
diret. Adiciebant etiam quod sicut suspendendo molendino suo predicta iugata
solebat et debebat communis esse, ita et si edificare super molendinum suum vellent,
ad portandum et sustinendum edificium suum sicut et nostrum debet communiter deser-
vire. Nos autem paci et concordie duarum ecclesiarum, que sibi ab antiquo spirituali
fraternitate invicem coniuncte sunt, providentes, et temporibus nostris eam sincere et fir-
miter observare volentes, pari assensu et voluntate concorditer concessimus ut super
dictam iugatam cum superimposito pariete quantum area molendini eorum cum uten-
silibus suis, scilicet gordana et instrumento piscatorio quod dicitur penchun, extenditur,
communis sit nobis et ipsis, tam ad suspendendum molendinum suum, quam ad
superedificandam domum si voluerint, ut si quando placuerit eis super molendinum suum
domum construere, liceat ipsis sine contradictione nostra trabes edificii sui super
iugatam imponere et firmare, superimposito videlicet pariete communi existente,
quantum scilicet supradictum protenditur area sui molendini cum utensilibus supradictis.
Quod si forte contigerit propter superimposita onera utriusque domus communem iugatam
infortiari debere, canonici sancte Genovefe pro parte sua convenientes sumptus ne-
cessarios ministrabunt. Quod ut verum credatur et firmum teneatur, presens scriptum
inde fieri et sigillorum beati Germani et nostri impressione corroborari precepimus.

Nota de pratis [illegible] sancti Germani de pratis

adiunctis quorumdam fratrum nostrorum nominibus et signis. Signum Ogili prioris. S. Johis suppriori. S. Odonis tercii prioris. S. Bartholomei quarti prioris. S. Johis. Theobaldi. Landrici. Hugonis. sociorum nostrorum. Actum fuit hoc anno domini m. c. lxx. vii.

De pbenda qm uendidit nobis prior sci martini de campis.

Ego frater Robertus prior sci martini de campis. totusque eiusdem ecclesie humilis conuentus. 1193
Notum fieri uolumus tam futuris quam presentibus quod pbendam quam habemus in ecclesia beate genouefe de monte quam accipere solebamus apud stanetodorum. abbas et canonici eiusdem ecclesie consensu nostro nobis assignauerunt apud anetum in uilla nostra in decima sua quam accepimus in pignore a domino Willelmo de aneto. ut ibi quamdiu habebimus decimam: percipiamus pbendam nostram. In predicto enim pignore predicti abbas et fratres soluerunt. c. xl. libras. par. monete. tali conditione. quod si decima illa quandocumque a quocumque redempta fuerit: prefata summa pecunie in tuto loco consensu utriusque deponetur. donec in redditus emendos consensu utriusque ecclesie collocetur. ex quibus pbendam nostram recipiamus. Et si contigerit perpetuo decimam illam apud nos remanere: perpetuo pbendam nostram ex ea percipiemus. nec amodo nobis poterit esse recursus uel ad uillam in qua percipere solebamus pbendam nostram: uel ad aliquid eiusdem ecclesie terram. Preterea sciendum quod predicti abbas et fratres nullatenus de cetero a nobis poterunt exigere. ut pro pbenda illa aliquod diuinum in ecclesia sua persoluamus officium. salua spirituali societate habita inter predictas ecclesias. Ita scilicet quod quandocumque contigerit alterutrius ecclesie quemcumque fratrem decedere: sibi inuicem nunciabunt. et officium tale facient. In conuentu missam. et unusquisque sacerdotum missam. et omnium ordinum participationem. Quod ut ratum sit et inconcussum et inconuulsum permaneat: sigilli nostri inpressione fecimus confirmari. Huius rei testes sunt ex parte nostra. Johes supprior. herbertus cantor. Willelmus camararius. Willelmus sacrista: monachi nostri. Et ex parte canonicorum sce genouefe: Dns hugo fulredus. Dns amalricus. Dns stephanus cellerarius: canonici eiusdem ecclesie. Alexander prior sci germani de pratis. et Clemens supprior. Mauricius parisiensis archid. Gualo subcantor. Renaldus canonicus paris. Magister thomas ebroinus cambitor. per cuius manum tradita est pecunia. Actum anno incarnationis dominice m. centesimo. xc. iii.

Nota bene de societate sancti martini de campis

Quedam pactio inter nos et fratres templarios. De Rodoniaco.

Ego Amions fratrum templariorum in francia commorantium dictus magister. Ceterique fratres nostri. notum fieri uolumus tam futuris quam presentibus. quod canonici sce ge 1183

nouebr concesserunt nob quasdam uineas & quasdam terras apud Rodoniacum
sine coactione uenditionis imperpetuum possidendas · saluo omni iure & iusticia ecclesie
sue · sicut in aliis terris & uineis eidem uille tam campipartalibus quam censualibus
habet · Hee sunt autem uinee quas ab eis habemus · nec eas uendere aut alienare cogi pos-
sumus. A tertio arpennum unum super clausum & dimidium infra · Ab alone : ar-
pennum unum cum uineam garnerii · arpennum unum · Apud masetum · ii · arpenni & dimidius. Ad
brelam dimidius arpennus. Hee sunt terre. A tertio : arpennum unum tendit ad crucem. Ab alo-
ne : arpennum unum & dimidius · ad noam sancte marie · Ad balneum caballi : arpennus & dimidius.
Ad punctam : arpennus & dimidius. Sic autem conuenit inter nos & ipsos quod de cetero neque
terras neque uineas in terra ecclesie beate genouefe sine assensu eorum acquirere
poterimus. Quod si aliquo modo acquisierimus : infra annum & diem uendere compel-
limur. Nos autem eis concessimus & dimisimus arpennum uinee quem a Baltero ho-
mine ecclesie sue habuimus. qui est infra clausum suum. Quod ut ratum & sta-
bile permaneat : sigillo capituli nostri fecimus confirmari. Actum anno ab
incarnatione domini · m · c · lxxx · iii · Huius rei testes sunt : albertus capellanus.
Frater Jocelinus · frater Josbertus buair · frater · Rad. blondel · frater Albertus.

De quodam feodo apud Rod.

Janvier 1209 Ego frater · a · de coloors domus templi in francia preceptor · Notum facimus tam presen-
tibus quam futuris quod Guibertus maior Rodoniaci & sui heredes tenent unum feodum
apud Rodoniacum de fratribus templi · & ex eo debent persoluere annuatim in die assump-
tionis beate marie fratribus templi unam albam aucam · & cum fratres · G · uel sui he-
redes persoluerint seruicium quod debent de feodo illo : debent habere quicquid exierit ex
eo in omnibus prouentibus & iusticiis sicut debet habere dominus terre · Et debent premere ad
torcular nostrum ad septimam ollam · Predicta sepedictus · G · quitauit quicquid mer-
catores fratribus ei uendiderit de feodo illo · Quod ut ratum & inconcussum permaneat : pre-
sens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Hiis interfuerunt fratres
nostri · I · frater Robertus de chamuilla preceptor paris. & frater odoinus. Actum paris. anno
gratie · m · cc · Nono · mense Januario.

Item de quodam feodo apud Rod.

Juin 1224 Frater Oliuerus de Ruppe domorum milicie templi in francia preceptor omnibus
presentes litteras inspecturis salutem in domino. Noueritis quod nos de communi assen-
su fratrum nostrorum concessimus abbati & conuentui beate genouefe par. feodum quod habebamus
apud Roonium · quod fulcardus filius defuncti Guiberti maioris de Roonio tenebat a

nob̄. Ita q̄ dc̄s fulcard᷒ teneat a p̄fatis abb̄e ⁊ conuentu dc̄m feodū ad ser uicium ad qd̄ a nobis illud tenebat. Sciendum ē insup q̄ dc̄s fulcard᷒ debet p̄ mere ad torcular̄ dcōꝝ abbis ⁊ conuent᷒ ad septimā ollam. sicut p̄ius solebat ad n̄rm. Qđ ut firmū robur obtineat. p̄sentes litt̄as sigillo n̄ro duxim᷒ robo randas. Actū āno dn̄i. m̊. cc̊. xx̊. iiii. Mense Junio.

De comutatione f̄ca int̄ nos ⁊ f̄res milicie templi.

F. Rat̄ Oliuer᷒ de Ruppe domoꝝ milicie templi in francia p̄ceptor. Omīb; p̄ sentes litt̄as inspecturis salutem in dn̄o. Nouitis q̄ nos de consilio ⁊ as sensu f̄rm n̄roꝝ quittauim᷒ ⁊ concessim᷒ libere abbi ⁊ conuentui b̄e genouefe par̄. imp̄petuū quicq̄d iuris ⁊ dn̄ij. census ⁊ iusticie h̄ebam᷒ in toto territorio ⁊ infra fines p̄rochie de Roonio. excepta masura ancheri. in q̄ masura nos h̄em᷒ ⁊ h̄ebim᷒ plenū dn̄ium cū omī iusticia ⁊ libertate. Excepto q̄ si aliquis ꝟ aliqui de uilla de Roonio. uel de hominib; uel hospitib; dcōꝝ abbis ⁊ conuent᷒ undecumq; sint homines uel hospites eoꝝ ad p̄dcām masuram aliq̄ de cā confugint. nos tenebim᷒ eos de p̄dcā masura emitte. In q̄ masura plures do m᷒ q̄ due q̄ modo ī ea sunt n̄ potunt in ea h̄ri in futuro. nec potunt in eis nisi due tantū familie h̄itare. Siqui aūt̄ ext̄nei qui n̄ sunt de uilla de Roo nio. uel de hominib; uel hospitib; eorumdem abbis ⁊ conuentus undecumq; sint aliq̄ de causa confugint ad masurā ancheri p̄dcām. licebit nobis eos recipere ⁊ garentare in ip̄a masura. Concessim᷒ etiam dc̄is abbi ⁊ conuen tui imp̄petuū libere ⁊ pacifice. dn̄ium. ius. censum. ⁊ totam iusticiā tot᷒ terre arabilis apđ Monterel. q̄m f̄res de vicenis grandimonten̄ ordinis te nebant a nobis ad censum uni᷒ anseris. Ita q̄ ip̄i f̄res de vicenis ul̄ q̄cumq; aliq̄ possed̄int terram illam. tenebunt eam a dc̄is abb̄e ⁊ conuentu. Conces sim᷒ insup ip̄is dn̄ium. decimam. censum triū solidoꝝ ⁊ vi. denarioꝝ annuatim. ⁊ totum ius qđ h̄ebam᷒ in terra arabili apđ Monterel sita. q̄ uocat᷒ boiruffin q̄ tenebat᷒ a nobis ad censum p̄dcm. ⁊ q̄ in aliq̄s terris siue uineis q̄scumq; possidebam᷒ in toto territorio ⁊ infra fines p̄rochie de Roonio. uel siquid in p̄dcis locis in postium acquisierim᷒. n̄ p̄mittem᷒ nec sustinebim᷒ aliq̄ uel aliq̄s hospitari. nec aliquo tempore dabim᷒ eas siue p̄tem earum ad masuras uel domos construendas. Preterea sciendū q̄ nos retinemus nobis uineas q̄s h̄mus iux̄ p̄ssorium n̄rm ⁊ uineas q̄s tenent a

Juin 1224

Nota bene de Rodomo

nobis dominus Johannes cantor, beati pauli de sancto dyon. et symon morel in eodem loco. cum omni iure et iusticia et dominio earumdem uinearum. Ita tamen quod easdem uineas non poterimus dare ad masuras aliquibus uel ad hospites ibidem recipiendos. Retinemus etiam omnes uineas quas tenemus a supradictis abbate et conuentu, quod ad censum in predicta parrochia. salua ipsis iusticia. iure et dominio suo sicut habent in aliis censiuis suis. nec nos poterunt cogere ad uendendum uel alienandum uineas supradictas. Predicti uero abbas et conuentus in escambium omnium predictorum concesserunt nobis totam censiuam quam tenebant ab ipsis heredes domini Guillelmi de garlandia defuncti ad capitalem censum. iiii. solidorum et sex denariorum. que censiua sita est in ciuitate parisiensi: uidelicet etiam sancte genouefe parte. quam includunt termini subnotati. via que protenditur ab ecclesia beate marie uersus paruum pontem. que dicitur vicus noui ex parte una: et vicus qui dicitur Lateginerie. ex parte altera. Ex parte uero sancte genouefe parue: uia que protenditur per ecclesiam sancte genouefe parue in uicum qui dicitur lateginerie. ex parte opposita: uia que protenditur a paruo ponte uersus iudeariam. quitantes nobis quicquid iuris. dominii. et reddituum habebant in dicta censiua. libere. quiete et pacifice perpetuo possidendum. nichil sibi penitus retinentes. Hec autem promittimus nos firmiter obseruaturos. non obstantibus priuilegiis uel instrumentis super hoc ab utraque parte habitis uel habendis. impetratis uel impetrandis. Actum anno domini. millesimo. Ducentesimo vicesimo. iiii. mense Junio.

De compositione facta inter nos et fratres hospitalis. de domo Reimundi clerici Albigensis.

feurier 1228 † F rater Gerinus domus hospitalis iherosolimitani prior humilis in francia. vniuersis presentibus et futuris presentes litteras inspecturis salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra quod de consensu et consilio fratrum nostrorum. domus nostra parisiensis. tenetur reddere annualiter ecclesie beate genouefe parisiensis in festo sancti remigii triginta duos denarios censuales, ex una parte. et ex alia parte decem solidos pro quadam parte uidelicet cuiusdam domus cum pertinentiis suis quam habebat dicta ecclesia in domo nostra que fuit Raimundi cabenacii clerici. que sita est in terra et censiua eiusdem ecclesie in uico sancti hylarii. quam partem ipsa ecclesia nobis concessit pure habendam et pacifice possidendam. modo supra nominato. et etiam sine coactione uenditionis et cuiuslibet alienationis. Preterea concessimus eidem ecclesie pro gratia supradicta quam nobis fecerunt abbas et conuentus eiusdem ecclesie septem solidos et vi. denarios census capitalis percipiendos in domo xpofori maucionis sita in uico de Sueriis. uidelicet uiridarium totum. cum omni dominio et iusticia que habebamus in eadem domo. et etiam tres solidos quos habebamus de augmento census in quadam domo que fuit Johannis fa

bri· in censiua ipi' ecce uix' sem̃ mat̃inũ sita· q̃ om̃ia ꝑpetuo hebit ecc̃a dc̃a sc̃e genouefe ꝛ pacifice possidebit· In cui' rei testimoniũ ꝛ confirmatoem' p̃sentẽ paginã sigilli nr̃i munimine dxi' roborandam· Actum pĩsi' anno dñi ·m̃· Ducentesimo ꝛ uicesimo· octauo· mense februario.

De hominib; nr̃is de petre fonte.

n [N]otum sit om̃ib; tam p̃sentib; q̃ futuris q' querela uentilata ẽ int' odonem abbem b'e genouefe ꝛ dñm drogonem de petre fonte· de hominib; q̃bzdã p̃fati monastij qui in castellaria p̃fati odonis erant· q̃s idem drogo in manu cuidam militis posuerat· sicut abbas asserebat q̃ eos in substantijs ꝛ bonis suis omĩno destruebat· Quod q; a dño drogone negari ñ potuit: in curia neuelonis ꝑpositi ꝛ archid'· adiudicatũ ẽ· q' dñs drogo coge debebat militem qui homines illos de dono ipius drogonis h̃ebat· q̃tin' eos in eadem pace ꝛ quiete in qua erant anteq̃m dñs drogo eos daret: teneret· Q̃d si face contempneret: ipi homines ad manũ dñi drogonis redire debebant· Ne g' iudiciũ istd̃ q̃nq; obliuioni tradet': ego neuelo ꝑposit' ꝛ archid' ꝛ guillm' decan' sigillum ecc̃e beator' mr̃m geruasij ꝛ ꝓthasij p̃senti scripto apposuim'· P̃fato etenim iudicio interfuerunt p̃sone maioris ecc̃e p̃fate· cũ plerisq; canonicis· Neuelo ꝑposit' ꝛ archid'· guill's decanus· Abb̃es etiam hij· Ingrãu' sc̃i medardi· Ernulph' sc̃i crispini maioris· Guido sc̃i iohis de uineis· Petr' sc̃i leodegarij.

Sous datte n.

De granchia theboldi duurjs.

ꝗ [Q]ue int' ecc̃as ecc̃asticasue ꝑsonas agunt' bona fide debent ꝑfici ꝛ sincera stabilitate ꝑhenni' obseruari· Eap̃p' ego ansellus prior frm̃ hospitalis ierosolimitani in gallia com̃orantiũ ꝛ om̃es alij fr̃es nr̃i notum fieri uolum' tam futuris q̃ p̃sentib;· q; theboldus ꝛ petronilla uxor ei' uendiderunt nobis grñchiam suam q̃ sita ẽ in terra sc̃e genouefe ꝓpe ulmũ de laorcinis, ꝛ t'ras q̃s in censiua eidem ecc̃e in eodem territorio possidebant· Stephan' aũt abbas sc̃e genouefe· ꝛ tot' ipi' ecc̃e conuent' fr̃na caritate q̃ sese inuicem ecc̃e debent diligẽ: uenditionẽ istã laudauerunt ꝛ ut fr̃es hospital' ierosolimitani grñchiã illam cũ t'ris p̃dc̃is imperpetuũ possideant concesserunt, Saluo censu ꝛ decimis eor' tam frugum q̃m animaliũ ꝛ alio iure ecc̃ie sc̃e genouefe· nullis priuilegijs nr̃is p̃dc̃e ecc̃e in aliq' obsistentib;· Illud 1182

etiam adquirendum est, quod in territorio illo plusquam Thebold' possideat, sine assen
su predicte ecclesie quantum ad censivam eorum pertinet non poterimus possidere. Quod ut ratum
et stabile permaneat, sigillo nostro id fecimus confirmari. Actum ab incarnatione
domini M°. C°. LXXX°. II°.

De domo que fuit Godefridi Boucel in sabulo.

Juillet 1224

Decanus totumque capitulum Parisiense omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Notum facimus quod cum magister et fratres domus dei Parisiensis que sita est ante maiorem ecclesiam medietatem duarum domorum haberent que sunt in sabulo in fundo terre sancte Genovefe de monte a defuncto Godefrido Boucel in elemosinam eisdem fratribus collatam, quam etiam predicta domus dei sine consensu et voluntate abbatis et conventus sancte Genovefe tenere non poterat. Tandem prefati abbas et conventus sancte Genovefe ad instantiam magistri et fratrum domus dei voluerunt et concesserunt pietatis intuitu quod domus dei Parisiensis predictam elemosinam imperpetuum teneat et habeat pacifice et quiete, ita quod magister et fratres dicte domus dei ad illam elemosinam vendendam vel alienandam decetero non poterunt coarctari. Fratres vero dicte domus dei de assensu et voluntate capituli nostri tenentur singulis annis in festo sancti Remigii decem solidos et duos denarios et pitantiam secundum consuetudinem capitalis census ecclesie beate Genovefe persolvere. Quod si negligentes in solutione fuerint, secundum consuetudinem aliorum censualium suorum emendabunt, salvo insuper omni iure suo quod in aliis eidem censualibus habent tam in venditis quam in rebus aliis certis rebus. Si vero forte aliquando contigerit dictos fratres censivam illam distrahere vel aliquo alienationis titulo in alium transferre, quicumque possessor extiterit tenebitur decem solidos et duos denarios et pitantiam ecclesie prenominate in festo sancti Remigii sicut superius determinatum est persolvere. In cuius rei memoriam et confirmationem presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno domini millesimo ducentesimo vicesimo quarto mense Julio.

Item de eadem domo.

Septembre 1223

Ego Stephanus archidiaconus Parisiensis notum facio presentibus pariter et futuris quod H. abbas ecclesie beate Genovefe Parisiensis totusque eiusdem ecclesie humilis conventus pietatis optentu concesserunt domui dei Parisiensi medietatem duarum domorum que sunt in sabulo in censiva eiusdem ecclesie a Godefrido Boucel in elemosinam eis collatam ut in perpetuum quiete possideant, ne umquam ab eis vel a successoribus eorum eam ...

distrahere compellantur. Ita tamen quod sorores dicte domus de Saloria singulis annis in festo sancti Remigii .x. solidos et duos denarios et pictam secundum consuetudinem capitalis census ecclesie beate Genovefe persolvant, et si negligentes in solutione fuerint, secundum consuetudinem aliorum censualium suorum emendabunt. Salvo insuper omni iure eorum quod in aliis eisdem censive censualibus suis habent et tam in venditis quam in ceteris rebus. Si vero contigerit prefatas sorores censivam istam distrahere vel aliquo alienationis titulo in alium transferre, quicumque possessor eius fuerit tenebitur .x. sol. et .ii. den. et pictam ecclesie beate Genovefe in festo sancti Remigii sicut superius determinatum est persolvere. Quod ut ratum et firmum permaneat, ad petitionem predictarum sororum de Saloria presentes litteras sigillo nostro fecimus roborari. Actum anno domini millesimo ducentesimo vicesimo tercio, mense septembri.

De concessione quam fecimus monialibus de sancto Antonio.

-†- Ego soror Amicia dicta abbatissa sancti Antonii totusque conventus humiliter eiusdem ecclesiarum facimus presentibus pariter et futuris quod nos tenemur singulis annis infra octabas sancti Remigii reddere ecclesie sancte Genovefe par. .ii. sol. capitalis census pro duobus arpennis vinearum prope Villeterum sitis, a Iohanne quondam comite Belli Montis in elemosinam nobis collatis, salva decima vinearum ecclesie nominate. Pro pressoragio vero dictarum vinearum tenemur reddere singulis annis dicte ecclesie tres sol. par. et ita poterimus ubicumque voluerimus ire ad torcular. Sciendum vero quod si ad torcular sancte Genovefe ire voluerimus nichil pro pressoragio illarum vinearum reddere cogemur nisi tantummodo .iii. sol. supradictos. Preterea sciendum quod pro viginti sol. decremento census quorum habemus decem super quandam domum sitam prope sanctum Severinum a domino Philippo de sancto Paulo milite et alios decem super quandam domum in Parviso sitam prope ecclesiam sancti Iohannis Rotundi ab Avelina quondam uxore Iohannis Hilarii ecclesie nostre in perpetuam elemosinam collatos, que omnia in fundo terre sancte Genovefe sita sunt, decem sol. par. singulis annis supradicte ecclesie sancte Genovefe reddere tenemur infra terminum superius annotatum, et propter hoc tam supradicte vinee quam viginti sol. sicut superius est expressum ab Herberto abbate et conventu sancte Genovefe in perpetuum nobis pacifice et sine coactione vendendi omnibus concessa sunt possidenda. Si vero contigerit aliquando nos censivam istam distrahere vel aliquo alienationis titulo in alium transferre, quicumque eius possessor fuerit singulis annis tenebitur predictum censum infra octabas sancti Remigii persolvere ecclesie sancte Genovefe, salvo insuper omni iure et dominio abbatis et conventus, sicut habent in aliis censivis suis tam in venditis quam in rebus aliis. Promisimus etiam bona fide

fevrier 1226

q. si in censiua ecce sce genouefe nob aliquid in elemosinam collatum fuerit. aut aliq
alio modo ad nos amodo deuenerit: post diem et annum extra manum nram ponemus.
nisi de consensu dcorum abbis et conuent nobis possidere concedatur. In cui rei memoriam
et testimonium psentes litteras fecim fieri et sigilli nri munimine roborari. Actum
anno gre. m. Ducentesimo vicesimo sexto. mense febr.

De feodo quem uendidit nobis fulcaudus apud Rodoiacum.

Juin 1227 — Omnibus psentes litteras inspecturis. officiat curie par. in dno salutem. Notum
facim q in nra psentia constituti fulcaudus filius defuncti Giuberti quondam
maioris de Roonaco et mathildis eius uxor uendiderunt et concesserunt abbi et con
uentui sce gen. in monte par. p sexaginta lib. par. quicquid iuris et pprietatis
hebant uel hre poterant in feodo suo apud Roonacum q tenere dicebant a pdcis abbe
et conuentu. ab eisdem abbe et conuentu imppetuum pacifice possidendum. fide p
stita pmittentes q contra uenditionem istam p se uel p alium uenire decetero nul
latenus attemptabunt. s pdcis abbi et conuentui garentizabunt contra omnes
homines bona fide. Dca etiam mathildis specialiter et expresse quittauit quicq
iuris et pprietatis hebat uel hre poterat rone doarii in rebus pdcis sine ui et
metu sponte et puide fide psttita corporali. Dce aut ptes de omnibus actioni
bus et contentionibus et querelis int se et [illegible] hactenus retroactis penitus quiauerunt
se inuicem bona. In cui rei testimonium [illegible] et confirmationem psentes litteras sigil
lo pisien curie fecim communiri. ad ptis instantiam utriusq. Actum anno gre
m. Ducentesimo vicesimo septimo. mense junio.

De molendino de laas.

Pro dicto molendino — May 1212 — Ego Johes dei gra Sci Germani de pratis humilis abbas. et tot eiusdem ecce con
uentus. Notum facim psentibus et futuris q communi assensu et uoluntate o
mnium nrm concessim ecce sce genouefe. ut eidem ecce elemosinarius heat et tene
at de nobis molendinum qd fuit Durandi eschancii seruientis dni regis qd
e in sequana. situm iuxta lorberie. ad censum decem solidorum par. in festo sci ger
mani in maio soluendorum. Saluo tam nobis omni eo quod de censiua debet.
aut potest puenire. Actum anno ab incarnatione dni. m. Ducentes. xij. men
se maio.

Septembre 1223 — Compromissum int nos et ecclam sci Germani de ptis sup decima de nanethod.

Odo miseratione diuina sci Germani de pratis par. humilis abbas. et tot eiusdem
loci conuent humilis omnibus psentes litteras inspecturis: eternam in dno salutem.

floruitas: quod cum controversia verteretur inter nos ex una parte et viros venerabiles abbatem et conventum sancte genovefe par. ex altera super decima de bruetiis apud flanetodorum utriusque partis assensu pro bono pacis facta fuit compromissio super eadem decima in fratrem alardum priorem sancte genovefe par. et fratrem gilonem priorem de villa nova in hunc modum: videlicet quod quicquid per ipsos super ipsa causa diffinietur: ab alterutra ecclesia firmiter observaretur sub pena viginti librarum par. Dicti autem Alardus et Gilo ita jam bona fide ordinaverunt quod per T. maiorem de flanethod. et T. maiorem de sertiis et per alios octo quorum quilibet dictorum maiorum quatuor secum advocabit bonos et fideles qui etiam corporale prestabunt sacramentum de iure utriusque ecclesie observando: rei veritas plenius inquiretur. Si autem inter ipsos nominatos forte aliqua discordia intervenerit: eo supradictos A. et Gil. intererit mediare et discordiam illam terminare. Quod ut ratum permaneat presentes litteras sigillis nostris sigillatas eisdem dedimus et ipsi nobis suas litteras suis sigillis sigillatas in testimonium concesserunt. Datum anno gratie m. ducentesimo xx iiij. mense septembri.

De concambio duarum ancillarum inter nos et ecclesiam sancti germani de pratis scilicet philippe filie Rainaldi decani de theodasio et constantie filie Gualteri de Rungiaco.

Ego fulco dei gratia beati germani de pratis humilis abbas totusque ipsius ecclesie humilis conventus notum fieri volumus presentibus pariter et futuris quod philippam filiam Rainaldi decani de theodasio que ancilla nostra erat concessimus fore ancillam ecclesie beate virginis genovefe et etiam ipsam quam prolem que de ea exierit: donavimus quitam et absolutam predicte ecclesie. et eadem ecclesia sancte genovefe concessit nobis in concambium constantiam filiam Gualteri de Rungi. et etiam ipsam quam prolem que de ea exierit donavit quitam et absolutam ecclesie nostre. Ut autem huius alterne commutationis concessio firma et immutabilis in posterum permaneat: litteras inde fieri decrevimus et ipsi nobis suas cum suorum auctoritate sigillorum et nos eis nostras cum nostrorum auctoritate sigillorum tradidimus. S. roberti prioris. S. clementis supprioris. S. Radulphi tertii prioris. S. Johannis thesaurarii. S. Johannis infirmarii.

De quadam decima bladi et vini quam emit ecclesia nostra apud Gersiacum.

Universis ad quos presentes littere pervenerint: magister ernaudus officialis curie par. salutem in domino. Noverit universitas vestra quod petrus et Radulphus et andreas fratres filii domine Rencie de gerciaco in presentia nostra constituti vendiderunt ecclesie beate virginis genovefe parisiensis decimam bladi et vini quam habebant apud gerciacum et fide corporali in manu nostra prestita quittaverunt et in omnibus et per omnia eidem ecclesie rectam

garentiam portare fiduciaverunt. Hoc etiam dominus petrus buignele et theobaldus presbiter ipsi milites de quorum feodo erat decima illa laudaverunt et concesserunt et fide simul
data dicte ecclesie imperpetuum quittaverunt. de recta garentia nichilominus se fideiusso
res constituentes. Quod ut firmum ac stabile permaneat: sigillo curie parisiensis
fecimus roborari. Actum anno domini m. cc. xiij.

De institutione et presentatione capellanorum in ecclesiis de marisiaco et sancti vedasti de firmitate milonis.

Petrus sanctorum martirum gervasii et prothasii suessionensis ecclesie prepositus et Willelmus
Decanus. totumque ipsius ecclesie conventus. omnibus ecclesie dei fidelibus: imperpetuum. Ea que
1177 transactione ut diffinitiva sententia terminantur: in suo debent robore permanere.
Ea propter notum fieri volumus tam futuris quam presentibus quod cum in presentia venerabilis
archiepiscopi remensis Willelmi apostolice sedis legati inter nos et canonicos sancte genovefe parisiensis
controversia verteretur super institutione et presentatione capellanorum in ecclesiis de mari
siaco et sancti vedasti de firmitate milonis substituendorum: tandem inter nos per
manum predicti archiepiscopi amicabili compositione transactum est in hunc modum. Ecclesia
sancte genovefe institutionem et presentationem sacerdotum in illis ecclesiis libere et quiete imperpetuum
habebit. Salvo in omnibus privilegio hugonis suessionensis episcopi. excepto quod ecclesia sancte genovefe
censum annuum duplicabit. id est pro quinque solidos quos annuatim persolvebat: amodo
decem solidos singulis annis in festo sanctorum gervasii canonicis ecclesie nostre persolvet sine omni
Nota bene alia exactione. non quod ex iure debito et more solito reddent synodum et circatam.
A St Pere de Meleun pour deux muyds de grain de Renbaux octaves de st andre may 1234

Ego Stephanus miseratione divina abbas sancti Petri Meleduni totusque eiusdem ecclesie humilis conventus, notum facimus universis tam futuris quam presentibus quod cum viri venerabiles et religiosi abbas et conventus sancte Genovefe Parisiensis in decima que vallis Randini nuncupatur et in omnibus aliis locis apud Meledunum in quibus communiter nobiscum participabant tam in vineis quam in terris medietatem haberent et decimam illam nobiscum pro indiviso pro medietate possiderent. Ita conventum est inter nos ex una parte et abbatem et conventum supradictos ex alia, quod medietas decime quam ibi habebant nostra est et erit in perpetuum nostro monasterio libere et quiete possidenda. Idem vero abbas et conventus pro sua medietate duos modios bladi scilicet unum modium hibernagii de blado eiusdem decime et unum modium avene ad mensuram Meleduni singulis annis in perpetuum percipient et habebunt ipsis a nobis infra octabas beati Andree apostoli totaliter exsolvendos. Quos quidem duos modios bona fide promittimus singulis

annis in uno statuto · omni dilatione et exceptione remotis. prefatis abbati et conuentui nos in perpetuum soluturos. Ut hoc autem inuiolabile permaneat et inconcussum. presentem paginam sigillorum nostrorum karactere roborauimus. Actum anno incarnationis dominice m°. ducentesimo · Tricesimo · nono · mense maio.

lit' milonis de bordis.

De escambio duarum ancillarum · s. asceline uxoris alberici tue · et mauldis fi

+ e go Johes de bello monte · domini regis cambellanus et ysabellis uxor mea · notum faci mus uniuersis presentibus pariter et futuris · quod nos dedimus uiris uenerabilibus et dilectis abbati et conuentui sancte genouefe par. ascelinam uxorem alberici tue de monte spe culatorio que erat femina nostra de corpore per escambium quod dicti abbas et conuentus fecerunt nobis de mauldis filia milonis de bordis que erat femina eorum · s. dictorum abbatis et conuentus de corpore. Ita quod dicta mauldis in eadem seruitute et subiectione qua dicta ascelina tenebatur nobis. dicta mauldis nobis tenebitur. Similiter dicta ascelina in ead seruitute et subiectione tenebitur dictis abbati et conuentui qua dicta mauldis ipsis tenebatur. Quod ut firmum et stabile permaneat. presentem paginam sigillorum nostrorum munimine fecimus confirmari. Septembre 1235.

De quibusdam uineis nostris apud autolium · ϛ ti · Actum anno domini m°. cc°. xxx°v°. mense septembri.

+ o mnibus presentes litteras inspecturis · officialis curie par. in domino salutem. Notum facimus quod cum inter abbatem et conuentum beate genouefe in monte par. ex una parte et bildonem de autuilla militem et eustachium fratrem eius ex altera mota fu isset materia questionis. super eo quod dicti miles et frater eius dicebant quasdam uineas quas dicti abbas et conuentus possidebant ut dicitur apud autolium · mouere de ipsorum feodo. Tandem compositum fuit inter eos in hunc modum. videlicet quod predictus miles et frater eius in nostra presentia constituti quittauerunt dictis abbati et conuentui quicquid iuris habebant uel habere poterant in uineis antedictis. Volentes nichilominus et conce dentes · ut dicti abbas et conuentus dictas uineas teneant in perpetuum in manu mortua sine aliqua coactione uendendi · aut alienandi uel extra manum suam ponendi. Promittentes fide media quod contra premissa non uenient in futurum · et quod dictas uineas prefatis abbati et conuentui garentizabunt contra omnes fratres suos. Actum anno domini · m° · cc°. Tricesimo · vj. Mense Aprili. avril 1236

ϛ. clxxxvj ne.

De domo que fuit domini guilli de ualle guiosa militis · et de domo que fuit pet. la pel fevrier 1239

+ o mnibus presentes litteras inspecturis frater andreas polinus sancte domus hospitalis Jero solimitani · prior humilis in francia salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra quod nos de assensu et permissione religiosorum uirorum abbatis et conuentus sancte genouefe.

par. duas domos in censiva ipsorum litteras, videlicet domum que fuit quondam nobilis viri domini Guillelmi de Valle Genosa militis, et domum que fuit quondam Petri la Pelcheregne et Susanne eius uxoris, et quindecim sol. par. augmentati census super domum que fuit quondam magistri de Ulegart de Drocis canonici Belvacensis nobis in elemosinam collatos possidendum et habendum in manu mortua sine coactione vendicionis vel ponendi alias extra manum nostram. Ita tamen quod nos singulis annis in festo sancti Remigii in octobri tenemur solvere ecclesie sancte Genovefe par. duodecim sol. par., videlicet pro utraque domo quinque sol. Duos vero sol. pro quindecim sol. augmentati census antedicti. Salvis omni iure, iusticia et dominio, consuetudine proventu et iure parrochiali in domibus illis, ut habebant ante, et ut habebunt in aliis censivis suis. Item si nos domos illas vel augmentum census extra manum nostram vendicionis titulo vel alio quocumque modo posuerimus, ventas et alia que ex vendicione provenient, ecclesia sancte Genovefe par. plene percipiet. Volumus insuper et consentimus quod si defecerimus in solutione duodecim solidorum illorum, abbas et conventus sancte Genovefe par. non obstante concessione ista ad res supradictas assignent se si voluerint. Promittimus autem quod omnia supradicta implebimus et observabimus bona fide, nec per nos nec per alios veniemus contra, nec procurabimus quod contra fiat. Quod ut ratum et firmum permaneat in futurum, presentes litteras sigilli nostri munimine de consensu fratrum nostrorum confirmavimus. Actum par. anno domini M° CC° XXX° V°. mense febr.

De vendicione quam fecit nobis dominus Guillelmus de Pissiaco miles de .iiij. arp. terre apud Lasarc.

May 1235

Ego Guillelmus de Pissiaco miles, notum facio omnibus presentes litteras inspecturis me vendidisse ecclesie beate Genovefe par. iiij. arpennos et dimidium terre site in territorio de Bosier apud Lasarcum in feodo domini Mathei de Marliaco militis, pro viginti duabus libris et decem solidis par. de quibus recognosco michi plenarie fuisse satisfactum. Promitto etiam fide prestita corporali rectam garentiam super dicta vendicione secundum usus et consuetudines Francie contra omnes, et quod contra ipsam vendicionem nec per me nec per alium veniam in futurum. Promitto similiter fide data quod eandem vendicionem a domino feodi laudari faciam, et quod Aalipdis uxor mea ratam habebit sepedictam vendicionem, et quod quittabit quicquid ratione dota licii vel quocumque alio modo habet aut habebit in terra predicta, et quod nullo tempore veniet contra predicta fide prestita in manu officialis Trecensis super quittatione predicta et super premissis omnibus observandis. Tradet etiam litteras curie Trecensis super premissis omnibus observandis et firmiter adimplendis sepedicta domina infra festum

bi Iohis bapt. primo uenturu abbi et conuentui ecce supradicte. In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli mei munimine roboraui. Actum anno domini m. cc. tricesimo quinto. mense maio

De concessione prescripte uenditionis.

Ego Matheus de Marliaco miles. notum facio omnibus presentes litteras inspecturis quod concessi liberaliter et laudaui uenditionem. iiij. arpentorum et dimidij terre site in territorio de Bosier apud Lauiacum in feodo meo factam. uidelicet a domino Guillelmo de Pissiaco ecce sancte Gen. par. nichil iuris uel dominij quantum ad dictum feodum michi uel heredibus meis retinendo. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum meum apponi dignum duxi. Actum anno domini m. cc. tricesimo quinto. mense maio. — may ... 1235

Item de concessione prescripte uenditionis.

Omnibus presentes litteras inspecturis. magister St. officialis trecensis in domino salutem. Noueritis uniuersi quod in nostra presentia constituta domina Alaidis de Logia uxor domini Guillelmi de Possi militis spontanea uoluntate sua laudauit et approbauit uenditionem terrarum sitarum in loco qui dicitur Bosier. quas terras dictus Guillelmus uendidit uiro domino abbati sancte Gen. par. Promisit etiam dicta domina quod nec per se nec per alium de cetero contra dictam uenditionem uenire presumeret. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum curie trecensis duximus apponendum ad requisitionem domine memorate. Datum anno domini m. cc. xxx. quinto. mense septembri. — Septembre 1235.

§ De Aciaco.

Mandatum nobis factum de recognitione subiectionis et iusticie hominum subscriptorum.

Viris uenerabilibus et dilectis. abbati. priori et conuentui sancte Gen. par. B. decanus de Aciaco in melden. dyoc. salutem in domino. Discretioni uestre significamus quod sicut ex testimonio plurimorum hominum audiuimus. Theophania. Robertus. Helloinus. Thomas. Reimborgis. Maria. omnes filij dicte Theophanie. Matheus filius Huberti la Touse. se dicunt et asserunt uestro dominio subiacere et iurisdictioni sancte Gen. par. tamquam serui subiciuntur et confirmant. testes autem huius rei subsequuntur. scilicet. Girardus et Robertus fratres. Symon dictus Toupeall. Droco Monialis. Petrus Bouicule. Philippus de Curia. Omnes istud hominium coram nobis affirmauerunt. Unde discretionem uestram commonemus ad petitionem eorum exorantes. quatinus illis hominibus prestetis tamquam uiris uestris auxilium uestrum quod debetis ex merito. si negetis. cum inde fueritis requisiti. ex debetis eos aduersus quoslibet garentare. Datum anno domini m. cc. tricesimo vij. Bene ualeat in domino cum religione uestra discretio. — 1237.

De domo que fuit magistri Jacobi Butonis.

+ Universis presentes litteras inspecturis officialis R. ecclesie Par. archidiaconi salutem in domino. Noverit universitas vestra quod in nostra presentia constituti magister et fratres domus Dei Par. recognoverunt se tenere et possidere in manu mortua et sine coactione venditionis quandam domum que fuit magistri Jacobi Butonis quondam clerici domini regis sitam in terra sancte Genovefe Par. subtus domum que dicitur domus decani sancti Quintini, que domus dicti Jacobi debet et debebat dicte ecclesie viginti quinque sol. Par. censuales in festo sancti Remigii singulis annis percipiendos, salvo iure et dominio ecclesie supradicte sicut habet in aliis censivis suis. Salvo etiam iure parrochiali. Ita quod fratres dicte domus Dei non poterunt ibi construere oratorium vel aliquid aliud quod possit esse prejudicium ecclesie beate Genovefe Par. in monte in prejudicium et gravamen. Concesserunt etiam dicti fratres dicte domus Dei quod si defecerint in solutione viginti quinque solidorum predictorum in festo sancti Remigii reddendorum, abbas et conventus ecclesie supradicte ad domum illam et ad eius pertinentia que sunt de censiva sua recursum habeant. Si etiam processu temporis dicti fratres domus Dei domum illam aliquo modo extra manum suam posuerint, ventas et alia que ex venditione provenient sicut et antea ibidem percipiet ecclesia supradicta. Promiserunt etiam dicti fratres domus Dei bona fide quod contra conventiones supra annotatas nec per se nec per alios venient in futurum. Quod ut ratum et firmum permaneat, ad petitionem dictorum fratrum domus Dei litteris istis sigillum curie Raimundi archidiaconi ecclesie Par. fecimus apponi. Actum anno domini M. CC. XXX. VII. mense febr. mil.

Arbitrium platum contra fratres magne confratrie beate Marie Par. super quibusdam

+ In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Anno domini M. CC. Tricesimo nono. Die mercurii proxima ante festum beati Martini hyemalis assignata ad audiendum arbitrium compromittentibus in iure coram nobis a partibus arbitris electis, videlicet me magistro Guidone presbytero sancti Barth. Par. et me Guillelmo elemosinario beate Gen. Par. domino Aubro presbytero sancte Trinitatis procuratore abbatis et confratrum magne confratrie beate Marie Par. et Petro clerico procuratore abbatis et conventus sancte Gen. Par. Cum dicte partes compromisissent in nos super causa que vertebatur inter eosdem de domo [illegible] et appendiciis domus quam Johannes de Castaneto tenet a confratribus dicte confratrie pro quadraginta sol. augmentati census eo quod abbas et conventus beate Gen. Par. dicebant dictam domum sitam esse in fundo terre sue et capitalem censum [illegible] omnem iustitiam et dominium ad eosdem pertinere et ipsos esse in possessione percipiendi dictum censum, abbate et confratribus dicte confratrie econtrario asserentibus, lite coram nobis le-

fevrier 1237

novembre 1239

gratime concessata. Jurato hinc inde de calumpnia. testibus ab utraque parte productis. et
testationibus ipsis diligenter inspectis. auditis quecumque partes proponere voluerunt. com
municato bonorum consilio de consensu et voluntate dictorum peritorum arbitrando per
diffinitivam sententiam pronunciamus dictam domum cum appendiciis suam esse in fundo
terre sancte genovefe. et capitalem censum et ventas. omnem iusticiam. et dominium. ad dictam ab
batiam pertinere. et ipsos esse in possessione recipiendi dictum censum. In cuius rei testimonium
presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno domini et die predictis.

Quod mali vicini et in vico de bievre.

De compositione facta inter nos et philippum de rijs De arctatione vie puplice in clauso 28 aoust 1225.

+ Fulgerius abbas. Prior sancti victoris. et magister bartholomeus canonicus aurelianensis.
universis presentes litteras inspecturis salutem in perpetuum. Notum facimus quod cum
inter religiosos viros abbatem et conventum sancte genovefe par. ex una parte et philippum de
Rijs civem par. ex altera coram nobis auctoritate apostolica contentio verteretur in
hunc modum. Dicunt abbas et conventus sancte genovefe par. quod philippus de Rijs civis par.
viam puplicam arctavit ante domum suam in clauso mali vicini. que via descendit
a platea que vocatur platea mauberti directe versus sequanam. magnam partem eiusdem vie
includendo per ligna ab eodem philippo in dicta via infixa in preiudicium dictorum abbatis et
conventus. itaque euntes et redeuntes per dictam viam transitus impediuntur. Aqua
etiam que consuevit fluere in sequanam quando pluit. retinetur per arctationem predictam. que
minus fluere potest in sequanam. Requisitus tamen ut inclusa predicta amoveret. hoc facere
recusavit. Unde cum viaria predicta in via predicta sit abbatis et conventus sancte genovefe par.
petunt iidem abbas et conventus quod idem philippus ligna infixa ab eodem in eadem
via amoveat. et quod condempnetur per diffinitivam sententiam ne aliquid in predicta
via inmittat de cetero in preiudicium dictorum abbatis et conventus. Petunt et viginti solidos
illatas a predicto philippo pro predicta inclusione sibi emendari. quos estimant quadraginta
solidos par. Item dicunt dicti abbas et conventus quod in vico de bievre super bievre.
erat pons spons quidam per quem erat via eundi et redeundi communis. predictus
vero philippus pontem illum amovit et viam illam obstruxit per murum
suum in preiudicium predictorum abbatis et conventus. Unde cum viaria sit ibi predictorum abbatis
et conventus. petunt quod pontem predictum idem philippus reficiat sumptibus suis et
murum suum ibi ab eo edificatum sumptibus suis demoliatur vel faciat demoliri.
et viam predictam communem esse pronunciet. et ut condempnetur per diffinitivam sententiam
ne pontem predictum de cetero amoveat. nec viam predictam obstruat in preiudicium

pdc̄orum abb̄is τ conuent᷒. Petunt etiam p̄dc̄i abb̄s τ conuent᷒ iniurias sibi a p̄dc̄o philippo illatas ex p̄dc̄a fractione pontis τ obstrusione uie sibi emendari. q̄s estimant .xl. libr̄. par̄. Tandem int̄ p̄dc̄as p̄tes sup̄ p̄missis fuit compositū in hunc modū. videlicet q̄ p̄dc̄s philipp᷒ ligna in p̄dc̄a uia ab eodem infixa. ex qua infixione dc̄am uiam arctauat retrahet ad se usus domū suam p̄dc̄am p̄ sex pedes. p̄dc̄am uiam p̄ sex pedum spacium ampliando. Et recognouit dc̄s philipp᷒ uiariam in uia p̄dc̄a τ in ampliatione simulit̄ p̄dc̄a. ad eccl̄am sc̄e gen̄ par̄. pleno iure τ indubitant̄ p̄tine̅. Item uiam puplicam q̄m dicebant ijdem abbas τ conuent᷒ dc̄m philippū obstruxisse sup̄ bieure p̄ murū suum τ p̄ p̄dc̄i pontis amotionē. dimittet p̄dc̄s philipp᷒ liberam τ uacuam p̄ decem pedes τ dimidium τ puplicam euntib; τ redeuntib; p̄ illam τ murū suū p̄dc̄m. τ omne obstaculum quod ibi apposuerat amouebit. Recognouit etiā p̄dc̄s philipp᷒ uiariam in uico p̄dc̄o de bieure τ sup̄ bieure in loco p̄fato ad eccl̄am sc̄e gen̄. par̄. pleno iure τ indubitant̄ p̄tinere. Prefati aūt abbas τ conuent᷒ edmationē iniuriarū p̄dc̄arū eidem philippo p̄ bono pacis amicabilit̄ remiserunt. De q̄ compone tenenda firmit̄ τ obseruanda sub eo tenore quē dixim᷒ p̄dc̄s philipp᷒ fidem p̄stitit corporalem τ insup̄ fideiussores eisdem abbi τ conuentui dedit de tenenda p̄dc̄a compone. scilicet petrū τ joh̄em de aneriis. τ Radulphū de vitriaco ciues par̄. sub pena viginti librū par̄. q̄ comissa erit si idem philipp᷒ cont̄ p̄dc̄am componem uenerit. rata nichilomin᷒ manente p̄dc̄a compone. Hanc aūt componem p̄dc̄e p̄tes in iure coram nobis eo modo τ eo tenore quem diximus recognouerunt. τ nos de assensu utriusq; p̄tis tenemur in iurisdc̄ionem nr̄am q̄m poterim᷒ exercere. si alterutra p̄tium p̄dc̄am componem in aliquo uoluit infirmare. In cui᷒ rei p̄henne testimoniū τ munimen. p̄sentes lr̄as sigillis nr̄is fecimus roborari. Datū anno dn̄i. mº. ccº. xxº vº. mense augusto. Die festo bi augustini.

avril 1241 — De terris q̄s tenent a nob̄ abbas τ conuent᷒ uallium sarnaij ap̄ sc̄m sturnium.

Omnib; p̄sentes lr̄as inspecturis. fr̄. th. dc̄s abbas uallium sarnaij. τ eiusdem loci conuent᷒ salutem in dn̄o. Notum facimus. q̄ uiri uenerabiles τ religiosi abbas τ conuent᷒ sc̄e gen̄ par̄. concesserunt nobis tenere τ possidere ippetuū p̄ viginti sol. par̄. annui reddit᷒ apd̄ sc̄m nonnū a nobis eis uel communi seruienti eorum si ibi fuit in festo sc̄i Remigij singul̄ annis reddendis. τ p̄ manū p̄poz alijs

prionarijs unicuique pro sua parte distribuendis terras inferius subscriptas. videlicet in dimi dia masura que fuit defuncti Rad. de marcolo. scilicet a tot. et sa flost circa quinque arpen ta et unum quarterium. De eadem masura ad furnum hugonis. tria quarteria. Ad punctas de tenesel. duo arpenta. Ante ecclesiam sancti Nicholai. tria quarteria. Juxta uineam nostram. circa duo arpenta. Juxta uiam de uilla perosa. tria quarteria. In semita de alneto ante portam nostram. unum arpentum. In campo de fossa floalt. unum arpentum quod fuit enge berti dublel. Infra eundem campum. arpentum et dimidium. quod fuit petri de ulmo. Infra clausuram granchie nostre. circiter tria quarteria. Summa horum. circa sexdecim arpenta. Omnes iste terre campipartales sunt. excepto dimidio arpento sito in predicta masura defunc ti Rad. ante muros nostros usus breslechiam. Terras autem predictas possidebimus decetero sine coactione uendendi. uel extra manum nostram ponendi. saluis predictis abbati et conuentui iustitia sua. iure. domino et campiparte earundem terrarum. sicut habent in aliis censiuis suis. Predicte autem terre que sunt extra clausuram granchie nostre. non poterunt conuerti ad alios usus nisi ad agriculturam. sine assensu et uoluntate abbatis et conuentus sancte gen. Si uero negligentes fuerimus in solutione facienda loco et termino supradictis. tenebimur eis satisfacere de emenda. Quod ut ratum et stabile permaneat. presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas. Actum anno domini. M. CC. quadragesimo primo. mense aprili

De censu percipiendo super domum martini de trella.

Omnibus presentes litteras inspecturis. officialis curie par. in domino salutem. Notum faci mus quod martinus de trella. et ysabellis uxor eius in nostra presentia constituti asseruerunt quod abbas et conuentus sancte gen. de monte par. habebant et percipiebant sin gulis annis. viij. sol. de incremento census. super quodam arpento terre quod se dicebant habere inter muros abbatie sancti uictoris et muros uille par. Asseruerunt etiam quod dicti abbas et conuentus percipiebant singulis annis. iiij. sol. par. capitalis census super quadam domo sita ut dicitur in magno uico sancte gen. inter domos ma gistri thome nigri et domum puerorum de sancto uictore. Quos. viij. sol. cum predictis. iiij. sol. dicti martinus et uxor eius uoluerunt et concesserunt quod dicti abbas et conuentus percipiant decetero super domum predictam annuatim ad festum beati remigii integre et perfecte. promittentes fide media quod contra concessionem istam per se uel per alium non uenient in futurum. In cuius rei memoriam et testimonium. presentes litteras sigillo curie par. ad petitionem dictorum martini et eius uxoris fecimus sigillari. Actum anno domini. M. CC. Tricesimo. Septimo. mense Januario.

novembre 1237

[illegible] bella prica

De duobus sol. quos emimus a duobus presbiteris sancti Xpofori.

novembre 1237 — Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis curie Par. salutem in domino. Notum faci-
mus quod in nostra presentia constituti Nicholaus et Rogerus presbiteri de sancto Xpoforo Par.
vendiderunt duos solidos quos dicebant se habere de elemosina super quandam vineam
sitam ut dicitur iuxta ecclesiam beate Marie de Campis abbati et conventui beate Genovefe Par. pro
quindecim sol. Par. iam sibi solutis prout confessi sunt coram nobis, quam vineam habebat
et possidebat Guillelmus de Sartrino civis Par. Quod autem ab eis audivimus testamur, sal-
vo iure cuilibet. Ad petitionem partium presentibus litteris sigillum curie Par. apposui-
mus. Datum anno domini m°. cc°. xxx°. vii°. mense novembri.

Septembre 1235 — Item de eisdem.

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis curie Par. salutem in domino. Notum facimus
quod in nostra presentia constitutus Guillelmus de Sartrino recognovit in iure quod ipse
habebat et possidebat quandam vineam sitam iuxta ecclesiam beate Marie de Campis
Par. Recognovit etiam quod eadem vinea debebat presbiterio sancti Xpofori Par. dimidium
modium vini de redditu, pro quo dimidio modio vini idem Guillelmus promisit se red-
diturum presbiteris sancti Xpofori Par. nomine ecclesie sue duos sol. Par. infra oct. beati Re-
migii quamdiu predictam vineam tenuerit et super hoc fidem prestitit corporalem. Datum
anno domini m°. cc°. xxx°. v°. mense septembri.

De recognitione domini Ferrici de Palatiolo militis.

Ego Ferricus de Palatiolo miles omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino.
1217 — Noverit universitas vestra quod cum contentio verteretur inter ecclesiam sancte Genovefe Par. ex una parte et me et dominam
Guiburgim relictam Hugonis Bachelier ex altera super domino cuiusdam terre site in
terra Josiaca super villam Palatioli. Tandem ego et Guiburgis unanimiter comp-
misimus data fide a me et domina Guiburgi et litteris datis ab abbate et conventu sancte Genovefe
in .S. decanum sancti Clodoaldi, Nicholaum de Chevreuil et Willelmum de Valle Grinosa
ita quod arbitrio eorum staremus bona fide et pareremus, et super hoc ego et Guiburgis
dedimus plegios dominum Galeranum de Feucheroles, Symonem de Valle Grinosa,
Houdarium de Campo Plano ex parte mea, dominum Soutanum de Ampleuille, Matheum
de Murials, Theolbaudum de Mosoil ex parte domine Guiburgis arbitrium eorundem
nos pro posse servaturi. Ipsi autem receptis attestationibus et testibus diligenter examinatis
habito etiam prudentium consilio super attestationibus eisdem adiudicaverunt ecclesie
beate Genovefe bonagia, investituras, ventas, sanguinis effusionem, vadia duelli

omnimodam iusticiam maiorem et minorem et omne dominium in terris supradictis. quod tamen modo debent pastum mihi et domine guiburgi. Si autem contigerit quod non reddant pastus terminis statutis. ego et guiburgis poterimus capere carrucas et equos excolentes terram illam quousque reddatur pastus et non poterimus exinde requirere aliquam emendam. nec facere aliquam exactionem pro transgressione redditionis pastus. cum in eisdem terris nullum dominium habere dinoscamur. Quod ut firmum et ratum permaneat presentes litteras sigilli mei munimine feci roborari. Actum anno domini. millesimo. Ducentesimo. Decimo octavo. octob.

Arbitrium platum contra dominum ferricum et dominam guiburgim. super dominio cuidam terre apud pala

5 Decanus sancti clodoaldi. Nicholaus de chamuile ballivus domini regis et Guillelmus 1218
de ualle grinosa. omnibus presentes litteras inspecturis in domino salutem. Noverint universi quod cum controversia verteretur inter ecclesiam sancte genovefe parisiensis ex una parte et nobilem uirum dominum ferricum militem de palaciolo. et dominam guiburgim relictam hugonis bachelier ex altera super dominio cuidam terre site in terra ioliaca super uillam palacioli. tandem in nos unanimiter compromiserunt. data fide a domino ferrico et domina guiburgi et litteris datis ab abbate et conventu sancte genovefe. quod arbitrio nostro starent bona fide et parerent et super hoc dederunt plegios dictus ferricus et guiburgis. dominum galterannum de foucheroles. dominum symonem de ualle grinosa. hodarium de campo plano. ex parte domini ferrici. Dominum soutanum de ampleuiler. dominum matheum de miuiauis. dominum theobaldum de trosoil. ex parte domine guiburgis. arbitrium nostrum se per totum servaturos. Nos autem receptis attestationibus et testibus diligenter examinatis. habito etiam prudentium consilio super eisdem attestationibus. adiudicavimus ecclesie beate genovefe. bona gia. investituras. ventas. Sanguinis effusionem. vadia duelli. omnimodam iusticiam maiorem et minorem. et omne dominium in terris supradictis. quod tamen modo debent pastum domino ferrico et domine guiburgi. Si autem contigerit quod non reddatur pastus terminis statutis. poterunt capere dicti ferricus et guiburgis carrucas et equos excolentes terram illam. quousque reddatur pastus. Et non poterunt exinde requirere aliquam emendam. nec facere aliquam exactionem pro transgressione redditionis pastus. cum in eisdem terris nullum dominium habere dinoscantur. Quod ut firmum et ratum permaneat. ad petitionem utriusque partis. presentes litteras sigillis nostris duximus roborandas. Actum anno domini. m°. cc°. xviij. nobis fui.

De concessione uenditionis quarundam terrarum et cuidam platee in prochia de palaciolo Mars 1234

6 omnibus presentes litteras inspecturis. officialis curie parisiensis. salutem in domino. Notum facimus quod constituta in presentia nostra Guillelmus et Reginaudus filii Reginaudi de uil

lariis miles laudaverunt et concesserunt venditionem factam a dicto R. pro se suo ecclesie beate Genovefe Parisiensis de quibusdam terris et quadam platea sitis in parrochia de Palaciolo apud Granchias moventibus de dicta ecclesia ut dicitur, promittentes fide in manu nostra prestita corporali quod contra predictam venditionem per se vel per alium non venient in futurum et quod in predictis platea et terris nichil de cetero reclamabunt, quitantes expresse quicquid iuris habebant vel habere poterant ex quacumque causa in terris et platea superdictis. Actum anno Domini M° CC° XXX° IIII° mense martio.

De terris campipartialibus apud Palaciolum.

avril 1236.

Officialis curie Parisiensis universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Notum facimus quod in nostra presentia constitutus Johannes de Balisiaco asseruit se tenere quasdam terras in parrochia de Palaciolo sitas ad dotem Margarete uxoris sue pertinentes, de quibus recognovit se debere campipartem ecclesie beate Genovefe Parisiensis de Monte. Quam campipartem fide corporali in manu nostra interposita se promisit conducturum ad granchiam ecclesie predicte apud Palaciolum antequam ab ipso campo removeret partem suam. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo curie Parisiensis fecimus sigillari. Actum anno Domini M° CC° XXX° VI°, die lune post festum beati Barnabe apostoli.

22 juillet 1236

Item de terris campipartialibus apud Palaciolum.

Officialis curie Parisiensis universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Notum facimus quod in nostra presentia constitutus Reginaudus de Granchiis asseruit se quasdam terras sitas apud Palaciolum tenere ad campipartem ab ecclesia beate Genovefe de Monte Parisiensis, quarum terrarum campipartem corporali fide in manu nostra interposita promisit se ducturum ad granchiam eiusdem ecclesie apud Palaciolum antequam ab ipso campo removeat partem suam. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo curie Parisiensis fecimus sigillari. Actum anno Domini M° CC° tricesimo sexto, in festo beate Marie Magdalene.

Juin 1236

Item de terris campipartialibus apud Palaciolum.

Omnibus presentes officialis curie Parisiensis in Domino salutem. Notum facimus quod Renaudus de Limos in nostra presentia constitutus recognovit quod tenebat terras moventes de domino ecclesie beate Genovefe Parisiensis de Monte et promisit fide media quod singulis annis in autumpno quamdiu dictas terras tenebit portabit campipartem ad granchiam sub[tus] Palaciolum ecclesie antedicte. Datum anno Domini M° CC° XXX° VI° mense junio.

Juin 1236

Item de terris campipartialibus apud Palaciolum.

Officialis curie Parisiensis universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Notum facimus quod in nostra presentia constituti Galterus dictus Anglicus, Petrus de Ruello, Durandus

de Ruppe et theobald' de puteo. asseruerunt se quasdam terras suas apud palaciolum tenere ad campipartem ab eccl'ia b'e gen. de monte par. Quarum terrarum cam partem corporali fide in manu nostra imposita, promiserunt se ducturos ad granchiam eidem ecclesie apud palaciolum antequam remoueant a campo ipso partem suam. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo curie par. fecimus sigillari. Actum anno d'ni. m. cc. nonagesimo vi. Die lune post festum b'i barnabe ap'li.

De arbitrio prolato sup' prebenda quam canonici s'ci uictoris percipiebant ab ecclesia nostra. — 18 octobre 1201. ib. V.

Nouerint omnes quod nobis tribus .G. uallium sarnaii. A karoli abbatibus et W. priori s'ci martini de campis ex delegatione d'ni Innocentii pp. commissa fuisset causa que uertebatur inter eccl'iam s'ci uictoris ex una parte et eccl'iam s'ce gen. ex altera. sup' fructibus prebende quam canonici s'ci uictoris in eccl'ia s'ce gen. se h're dicebant. Cum autem abbas karoli presens non esset: nos duo .s. G. uallium sarnaii abbas et W. prior s'ci martini. de assensu partium examinatis partium allegationibus adiudicauimus eccl'ie uictoris possessionem terre partis decimarum granchie de Rungi. iuxta modum illum secundum quem percipiebat antequam construeretur granchia de Rongi (?) et possessionem perceptionis viginti solidorum annuorum. terre partis consuetudinum de fonten. saluo iure. saluo iure utriusque eccl'ie in questione ipsius prebende et saluo iure eccl'ie s'ci uictoris in fructibus preteriti temporis. Et priorem s'ce gen. et fratrem hugonem forte procuratores constitutos in hac causa condempnauimus nomine ipsius eccl'ie. ut canonicos s'ci uictoris ea que supradicta sunt in pace percipere et possidere permittant. Actum parisius anno d'ni. m. cc. i. in festo s'ci luce. — De prebenda s'ti Victoris

De arbitrio prolato sup' querelis que uertebantur inter nos et eccl'iam calmen. — fevrier 1224

Nos mag'r petrus de colle medio et anselmus siluaticus de cremona. notum facimus quod cum nos essemus arbitri electi sup' infra scriptis querelis que uertebantur inter abbatem et conuentum s'ce gen. par. ex una parte et abbatem et conuentum calmen. ex altera: tandem abbates et procuratores conuentuum predictorum coram nobis constituti ad sabbatum proximum post purificationem b'e uirginis assignatum partibus ad proferendum arbitrium pro bono pacis nostre dispositioni sup' eisdem querelis et usuagio et iure usuagii territorii prefati quod de senart appellatur se supposuerunt. promittentes penam nobis centum marcarum pro rata h'itione. si contrauenerit predicti contra arbitrium nostrum uel dispositionem nostram sup' predictis uenirent. Nos uero querelas predictas hinc inde et dis

positioni nostre duximus inferendas que tales sunt. Dicunt abbas et conuentus sancte Geno-
vefe Parisiensis per eorum litteras sancte Genovefe. quod cum abbas de Calmis citatus esset peremptorie auctori-
tate domini pape. ad crastinum octabarum pasche. ut compareret coram uobis responsurus eisdem
super quibusdam querelis. prout in citatorio sigillato sigillis uestris domine abbas et domine prior
posite. iudices a domino papa delegati continetur. post citationem eiusdem et diem assigna-
tam in molendino de Rochel communi ipsorum et abbatis predicti. iniuria et dampnum et ui-
olentia sunt illata per ipsum abbatem. Ita scilicet quod et mole predicti molendini sunt euulse per
ipsum abbatem et ferrum absportatum. Unde petunt dicti abbas et conuentus sancte Genovefe ut per
predictum abbatem predicta scilicet molendinum et alia que ad molendinum pertinent in statum pristinum
in quo erant tempore citationis reducantur. et dampna eisdem resarciantur que passi sunt
ex predicta mutatione et uiolentia. que dampna estimant decem libras Parisiensium. et quod iniuria
illata emendetur eis. quam estimant uiginti libras Parisiensis monete. Petunt etiam ab eo
ut restituat bussellum predicti molendini et instrumentum piscandi in aqua eiusdem mo-
lendini quod appellatur penchon. que quidem communia ipsorum et prefati abbatis in predicto mo-
lendino per ipsum abbatem inde sunt absportata. Petunt etiam dampna auenarum suarum
pratorum ad colligendum stratum in territorio de Cyaca usque ad sex arpenta. quas fecit idem
abbas depasci et destrui siue consumi sibi resarciri. que dampna estimant decem
libras Parisiensium. et iniuriam estimant uiginti libras Parisiensium. et hec petunt saluo addendi. dimi-
nuendi. mutandi et corrigendi. Dicunt abbas et conuentus Calmensis quod cum aqua edere
diuidat terram suam de Buciaco a terra prioris de Spinolio et molendinum de Ro-
cheel sedeat totum in terra sua de Buciaco. preterquam rota que uoluitur in cursu aque
intermedie. cum dominus abbas qui in terra sua de Buciaco integre habet omnem iusticiam
uidelicet bannum. sanguinem et latronem et talliationem busselli inueniens in dicto mo-
lendino. iniustum bossellum et utens iure suo iustum in domo sua de Bu-
ciaco sicut solitus est talliauit et iustum in molendino apposuerit. prior de Spi-
nolio qui in dicto molendino medietatem lucri bladi habet quod lucratur molendinum
uiolenter et manu armata molendinum intrauit. terram abbatis et conuentus fregit et
bussellum per uiolentiam absportauit. Item cum aqua intermedia ita sit communis quod
prior non possit apponere panchonem ad aquam molendini sine abbate uel eius seruien-
te. clericus dicti prioris panchonem firmatum cum sera apposuit in preiudicium abbatis
et conuentus et pudorem. Unde petunt dicti abbas et conuentus a dicto priore bussellum
primo in loco suo restitui. dampna et deperdita que ex defectu busselli incurrerunt
reddi. fractionem terre sue. appositionem panchonis indebitam. et pudorem super

hiis omnibus sibi illatum emendari. que estimant ad valorem viginti librarum par.
Item dicunt quod debent habere moituram de blado quod prior de Spinolio facit mo-
lere in molendino communi. Item cum dominus abbas de Calmis et domus sua de Buci-
aco et omnes hospites sui de eadem villa in usuariis de Senart usuarium et omnibus
que apparent super terram habeant et inde reddant singulis annis debitum sive red-
ditum: prior per violentiam suam magnam partem usuariorum illorum ad terram redegit
arabilem et magnos fructus per violentiam suam asportavit. Item cum dominus ab-
bas in quodam marchesio illorum usuariorum rethe quoddam traheret et piscem
quendam acciperet: qui in omnibus sicut dicitur que sunt super terram habet integrum usua-
rium: dominus prior rethe illud cepit et servientem eum adducentem et ei dedecus et gravamen.
Unde petit dominus abbas terras quas predictus prior fecit arabiles ad usum usuariorum relinqui.
fructus quos de terra asportavit et rethe quod cepit et servientem quem adduxit
reddi et pudorem sibi illatum emendari. que omnia estimat ad valorem vigin-
ti librarum par. Hec autem petunt salvo iure addendi diminuendi et mutandi. De-
bent etiam dicti arbitri iusticiam exhibere utrique parti super expensis factis occasione litis
mote. super quibus ipsa die ita diffiniendo diximus videlicet pronunciamus
tamquam arbitri et tamquam arbitratores ordinamus. In primis super questione molendi-
ni et panchonis predictorum et ad hanc questionem pertinentibus utramque partem absolu-
imus a petitione alterius quantum ad dampna et iniurias et emendas iniuria-
rum et hinc inde factas expensas predictarum occasione questionum. Calvatorem et
bussellum iusticiam predicti molendini pronunciamus et dicimus esse commune utriusque
ecclesie. quarum quilibet qui ibi molere voluerit moituram solvet sicut alii molentes
ibidem. que moitura erit communis utriusque ecclesie sicut alii proventus eiusdem mo-
lendini. Hoc autem decrevimus et ordinavimus de consensu utriusque partis. Super
aliis vero questionibus predictis scilicet avena depasta et usuagio predicto et homine capto
cum rethi in marchesio: similiter utramque ecclesiam absolvimus a petitione alterius.
quantum ad dampna et iniurias et iniuriarum emendas et expensas hinc inde oc-
casione predictorum factas. Quantum vero ad usuagium nemoris pascuorum piscationum
premissorum ita ordinamus scilicet quod homines ecclesie Calmensis et etiam homines mul-
tum apud Buciacum et alibi in parrochia de Buciaco manentes habeant ad unam partem
separatim de predicto territorio de Senart tantum assignatum: quod quilibet eorum habeat
duo arpenta pro quibus nomine census solvet pro unoquoque arpento iiii. den. in
festo beati Remigii annuatim ecclesie gen. decimam vero parrochiali. Ecclesia vero

calmeri p se simulit ad unam ptem habet separatim. Sexaginta arpenta. eidem
p arbitrium bonorum virorum aptib; tunc eligendorum. ad eius valitatem assig
nanda. quitta et libera ab omi iusticia et decima et costuma. salvo q. annuatim
solvet eccle sce gen quadraginta denar. in iam dco festo apl spinolium p quorum so
lutionis defectu eccla sce gen potit capere nantia eccle calmeri. q inveniet super
dca arpenta. In quib; vel quorum occone contra eccam calmeri vel suos: nullam
iusticiam potit exercere aliam. ut aliquod e reclamare. nisi sedm qd statutum e
et pdcm. Statutum etiam q. eccla sce gen bona fide laboret quantum potit redime
a rege ius quod ht in nemore pdco. et si contigit aliquid solui regi p redemp
tione pdca sive liberatione: eccla calmeri p se et hominib; suis pdcis p rata
arpentorum q possidebunt si ea voluint retinere solvet eccle sce gen. et si p aliquo
ut aliquib; noluit solue: arpenta illa p quib; n fuit p rata solutum: quitta
remanebunt eccle sce gen. ab omni usuagio. Solutionem aut pdcam facere tene
bit eccla calmeri. infra duos menses pquam ab abbe sce gen. fuit requisita.
Si u qd absit contigit qd e pstatum a rege redimi n possit: tunc reuertent partes
ad statum in quo erant tpe huius arbitrii plati. quantum ad istas ultimas q
relas. scilt avenam depastam et usuagium pasture in loco in quo fuit sata dca
avena. et homine capto in marchesio arbitio nro pmisso sup aliis qstionib;
nichilominus durante imppetuum. In quorum testimonium et munimen: psentem
cartam sigillis nris duximus roborandam. Actum anno dni. mo. Ducentesi
mo. vicesimo quarto. Sabbato proxime pcto post purificat. be uginis.

mar 1247. De quarta pte sexte ptis et medietate cuiusdam quarti decime de Roissiaco.

Uniusis psentes litteras inspecturis offic. cur. par. salt in dno. Notum facim
q. in nra psentia constituta dns Adam de monte firmolii miles et petronilla
eius uxor, asseruerunt q. hebant et pcipiebant quartam ptem sexte ptis decime de
Roissiaco. excepta vecia. Quam quartam ptem sexte ptis defuncta margareta
quondam soror dci ade. Eustachie defuncte quondam filie ipius ade legavit
ut dicebant. Item asseruerunt q. hebant q. hebant et pcipiebant medietatem
cuiusdam alterius quarti eiusdem decime. Quam medietatem idem miles emit ut as
serit ab abbate et conventu de livriaco. ut dicebant. Quas siquidem quartam
ptem sexte ptis. et medietatem alterius quarti eiusdem decime movientes primo

loco de feodo domicelle agnetis filie quondam defuncti Johis de Carnoto secundo loco de feodo dni guidonis de Jahennigato militis ut dr. Ipi adam et uxor coram nobis constituti recognouerunt se uendidisse et imppetuu quitauisse. nec non et quicquid iuris hebant in dca decima. iure hereditario. rone dotalicii seu alio quocumq; modo abbati et conuentui be geñ. par. p sexaginta libris par. sibi iam solutis. traditis et numeratis. sicut confessi sunt coram nobis. pmittentes fide in manu nra pstita corporali q. contra pmissa p se uel p alios non uenient in futurum. Dat anno dni. m. cc. xl vij. mense maio.

Item De emptione decime de Roissiaco antedicte.

+ G uillinus pmissione diuina par. ecce minister licet indignus. omnibz psentes litteras inspecturis salt in dno. Notum facimus q. dns adam de monte fermolii miles in nra psentia constitutus dicebat se hre in uilla de Roissiaco quintam unius sexti in decima de Roissiaco. excepta uetera eius decime. de qua uidelicet hebat ut dicebat et dimidium quintam q. tenebat ab abbe et conuentu de liuriaco tpore de heino ut dicebat. Que duo. scilicet. quintum sexti. et dimidium quinti confessus e dcs miles se uendidisse et imppetuu quitasse abbi et conuentui sce geñ. par. p sexaginta libris par. sibi iam solutis traditis et numeratis ut confessus e coram nob. eisdem abbi et conuentui libere et quiete sine omni redditu. seruicio. seu quacumq; redeuantia imppetuu possidenda. Et pmisit p se et heredibz suis fide in manu nra pstita corporali q. contra pdca nec p se nec p alium ueniet in futurum. et q. ipse miles et heredes sui eisdem abbi et conuentui omni tpre garentizabunt pdca. Hanc autem uenditionem fecit idem miles de uoluntate dne petronille uxoris sue. Que petronilla pdcam uenditionem uoluit laudauit et approbauit coram nobis. et pmisit fide data q. contra non ueniet in futurum aliqua rone dotalicii. uel alia. Hanc etiam uenditionem laudauerunt et concesserunt et approbauerunt. dns droco. dns iohes de monte fermolii fres. milites. dna aalipdis soror dci ade militis. et dns bartinus de sartiis miles maritus dce aalipdis coram nobis et de non ueniendo contra fidem in manu nra corporalit pstiterunt. Item domicella agnes quondam filia defuncti iohis de carnoto de cuius et fris sui ade armigeri feodo pdce res mouent primo. ut dr. laudauit dcam uenditionem. uoluit et concessit. Et de non ueniendo contra fidem in manu fris iohis de sco anthonio pbri ad hoc a nobis specialit

destinato prestitit corporalem, prout idem frater Johannes nobis retulit viva voce. Et quia dictus Adam frater dicte Agnetis nondum erat legitime etatis: dictus dominus Adam miles promisit se facturum et curaturum erga dictum Adam armigerum, quod quamcito idem armiger ad etatem legitimam pervenerit: dictam venditionem concedet, laudabit et approbabit. Et super hoc posuit in contraplegium idem Adam miles de consensu dicte Petronille uxoris sue quicquid habebat apud Roissiacum, tam in campipartibus quam in consuetudinibus et aliis redditibus, et hoc de voluntate nostra, quia de ecclesia de Roissiaco movent campipartes predicte. Et si dictus armiger non vellet dictam venditionem concedere aut in aliquo de predictis contraire: totum illud quod habet dictus dominus Adam miles apud Roissiacum cedet in proprietatem dictorum abbatis et conventus sine contradictione eiusdem domini Ade militis et Petronille uxoris sue predicte. Et de hoc tenendo idem Adam miles et Petronilla eius uxor fidem in manu nostra prestiterunt. Dominus vero Guido de Jagniaco miles de cuius feodo movent predicte res secundo loco dicitur, scilicet quartum sexti et dimidium quarti. Similiter et Garinus filius domini Garini de Garniaco militis predictam venditionem voluerunt, laudaverunt pariter et concesserunt coram nobis. Et promiserunt fide in manu nostra prestita corporali quod contra eam per se vel per alium non venient in futurum. Preterea dominus Johannes de Gargiis miles et Sedilia uxor eius coram dilecto nostro Herveo presbytero de Groleio ad ipsos a nobis ad hoc specialiter destinato: dictam venditionem voluerunt, laudaverunt pariter et concesserunt, et de non veniendo contra: fidem in manu dicti presbyteri corporaliter prestiterunt, prout idem presbyter nobis intimavit. In cuius rei testimonium et memoriam ad petitionem dictorum militum, sororum et aliorum predictorum sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Actum et datum anno Domini M. CC. XL. VII. mense marcio.

Item de eadem decima de Roissiaco.

may 1245

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis in Domino salutem. Notum facimus quod in nostra presentia constituti dominus Adam de Monte Firmoli et Petronilla eius uxor recognoverunt se vendidisse religiosis viris abbati et conventui Sancte Genovefe Parisiensis in perpetuum pro sexaginta libris Parisiensium iam sibi solutis sicut confessi sunt coram nobis, renunciantes exceptioni non numerate pecunie, non tradite, non solute, quartum unius sexti in decima de Roissiaco, excepta vecia in qua nichil habebant ut dicebant. Item et dimidium quarti cuiusdam alterius sexti, quod redemerunt

ut dictum est ab abbate et conventu de Livriaco et priore de Heremo. Et promiserunt dicti venditores fide in manu nostra prestita corporali quod contra venditionem istam iure hereditario, ratione dotalicii, aut alio modo per se vel per alios non venient in futurum, et quod predictam quintam et dictam dimidium quinte dictis abbati et conventui et eorum ecclesie sine omni redditu, servitio, redibitione quiete et libere garentizabunt et liberabunt quotienscumque et quandocumque opus fuerit ad usus et consuetudines Francie contra omnes. Et de venditione huiusmodi tenenda et garentizanda ut dictum est predicti miles et uxor eius omnes campipartes et costumas et omnes alios suos redditus de Roissiaco et quicquid dicuntur habere in villa de Roissiaco et in territorio eiusdem ville eidem ecclesie sancte Genovefe in contraplegium obligarunt, volentes et concedentes quod si predicta non possent garentizare seu in garentizando deficerent, dicti abbas et conventus possent se libere ad dictum contraplegium tamquam ad rem suam propriam assignare. Datum anno Domini M°. CC°. XL° septimo, mense maio.

Item de eadem decima.

Religiosis viris dominis suis in Christo karissimis abbati et conventui beate Genovefe Parisiensis presbyter de Grollaio salutem et religiosam semper tenere vitam in Domino et honestam. 1247
Noverit vestra discretio me virtute tenorem mandati reverendi patris G. Parisiensis episcopi michi super hoc specialiter directi recepisse fidem domini Iohannis de Gargiis militis et uxoris sue de quitatione venditionis domini Ade de Monte Firmolio quinte de quinto eiusdem sexte et dimidio eiusdem quinti nobis facte, sicut in litteris dicti reverendi patris vidi plenius contineri. Datum anno Domini M°. CC°. XL°. VII°. in crastino Pentecostes.

Item de eadem decima.

Domino suo presbyter de Groll. Noverit vestra discretio me virtute mandati vestri michi specialiter super hoc 1247
directum recepisse fidem domini Iohannis de Gargiis militis et uxoris sue de quitatione venditionis domini Ade de Monte Firmolio quinte de quinto eiusdem sexte et dimidio quinti eiusdem facte viris religiosis abbati et conventui beate Genovefe Parisiensis. Datum anno Domini M°. CC°. XL°. VII°. In crastino Pentecostes.

De domo Guillelmi la Guete et decem solidis parisiensium et III obolis minus que nobis contulit idem Guillelmus pro decessum ipsius et uxoris sue.

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis salutem in Domino. avril 1247

avril 1247 Notum facimus q in nra psentia constituti Guill dcs laguete et matildis ux
or eius recognouerunt se dedisse et concessisse in puram et ppetuam elemosinā ob
donationem int uiuos p remedio animarū suarū dō et ecce bē gen de mon
te par quandam domū sitam in a dicto par ante portam claustri sce gen p
dce in cuneo uarum de quib una ducit ad scm stephm de gressib et alia
ad scm hylarium in censiua ecce sce gen et etiam decem solidos par ubz olo
lis minus quos se dicebant hre sup quadam domo sita in dcō par an do
mū magri petri lumbardi in censiua heredum defuncti philippi de Roissiaco
militis pcipiendos a dca ecca p decessum eorumdem Guilli et eius uxoris uel illi
qui supuixerit eorumdem pmittentes fide media q cont donationem istam ue
nire nullatenus attemptabunt. —— nichil iuris in pdcis domo et censu
sibi retinentes nisi tantūmodo quo —— aduixerint uel ille qui supstes
fuerit usumfructū. Datum anno dnī m. cc. xl. vii. mense aprili.

avril 1241 q dnū Ade de mōtefirm. apd Roissiac.

De recognitione cuidam pecunie recepte et de obligatione trā p ead pecunia terarū

omnib psentes litteras inspecturis offic archid par salt in dnō. Notū facim q
in nra psentia constitutus dns Adam de monte firmolio miles recognouit se
recepisse mutuo in pecunia numata ab almaurico de Roissiaco et henrico de
riuolio ciuib par triginta lib par p qua pecunia eisdem ciuib psoluenda
dcs miles pdcis ciuib omnes terras quas ht apud Roissiacum quibcumq
locis incontiplegiū obligauit. volens et concedens q dci ciues hēant et pcipi
ant omnes fructus et exitus dcarum terarum quousq eisdem ciuib de dcō de
bito plenarie fuerit satisfcm. Et pmisit dcs miles fide data in manu nra
q n impediet p se uel p alium quominus dci ciues hēant et pcipiant omēs fruc
tus et puentus dcarum terarū usq ad satisfcionem pecunie supdce. Immo dic
tos fructus et puentus dcarū terarū pdcis ciuib garantizabit cont omēs.
Actum ad petitionē dcarū ptiū. Anno dnī m. cc. xl. pmo. mēse aprili.

 xii aoust 1222.

Littere de maioriis ecclesie beate genovefe par. De maioria de borranch.

Ego Galo sancte genovefe parisiensis abbas. totusque eiusdem loci humilis conventus Galo abbas.
notum fieri volumus presentibus pariter et futuris. quod nos concessimus maioriam nostram
de borranch andree et bertinno hominibus nostris tantum in vita sua possidendam.
ita quod heredes sui in ea nichil poterunt reclamare. Si autem alterum eorum relicturo seu
per sortem decedere contigerit: ille qui supervixerit habebit maioriam. Hec sunt que eis
in maioria concedimus. foragium granchie nostre de borranch. messagium quod
accipient a colonis pro messium custodia. salvo nobis nostro campipartagio. Quinque
solidos de censu nostro. porprisium in quo granchia nostra est. liberum tenebunt cum vi
nea que continetur in porprisio nostro. Si autem contigerit granchiam nostram igne vel
vetustate vel aliquo alio casu deteriorari vel destrui: ipsi eam de suo restaura
bunt et cooperient quotiens necesse fuerit. ad segetes nostras ibi reponendas. Quod
ne valeat oblivione deleri: sigillorum nostrorum munimine presentes litteras fecimus
roborari. fratrum nostrorum signa et nomina subter annotantes. Signum alardi pri
oris. S. richardi supprioris. S. nicholai et galteri presbiterorum. S. symonis et ste
phani diaconorum. S. lamberti et thome subdiaconorum. Actum anno domini M. CC. XXII.
mense augusto. De maioria de Alneto. avril 1228.

Ego herbertus abbas. totusque humilis conventus sancte genovefe parisiensis notum facimus herbertus abbas
omnibus presentes litteras inspecturis quod nos concessimus Renoldo filio maioris
nostri de fontenneto maioriam nostram de alneto in vita sua tenendam. nisi tale
fecerit forisfactum: propter quod debeat amittere ipsam. Sunt autem de feodo maiorie. di
stricta. bonagia. investiture. et quinque solidos annuatim in censu predicte ville. Quod
ut firmum et stabile permaneat: presentes litteras sigillis nostris duximus roboran
das. fratrum nostrorum signa et nomina subnotantes. Signum alardi prioris. Signum
guillelmi supprioris. S. nicholai et galteri presbiterorum. S. herberti et henrici dia
conorum. S. guillelmi et Roberti subdiaconorum. Actum anno domini M. CC. vicesimo octavo.
mense aprili. De maioria de sancto florino. 1206.

Ego Johannes abbas sancte genovefe parisiensis. totusque eiusdem ecclesie humilis conventus no Joannes abb.
tum facimus presentibus et futuris quod nos engeberto de sancto florino concessimus
maioriam nostram eiusdem ville in terra nostra tantum in vita sua possidendam.
ita quod post mortem suam heres eius in eadem maioria nichil poterit reclamare. Sunt
autem de feodo maiorie quatuor arpenni terre liberi. et de singulis masuris oc
to galline. bonachia investiture et districta. Quod ne valeat oblivione deleri:

presentes litteras sigillo capituli nostri fecimus roborari. Fratrum nostrorum nomina et
signa subtus annotantes. Signum michael' prioris. S. iohannis supprioris. S.
alardi et rogeri presbiterorum. S. iohannis et andree diaconorum. S. petri et pauli subd.
1206 Actum anno domini m. cc. vi. De maioria sancti germani sup scolam.

e go iohannes abbas et conventus sancte genovefe parisiensis notum facimus presentibus et fu
turis. quod nos concessimus reginaldo filio maioris nostri de sancto germano maiori
am nostram de sancto germano tantum in vita sua possidendam. ita quod nec heres eius
post eum aliquid in ea iure hereditario reclamabit. Sunt autem hec in maioria. stu
metagium terrarum campipartalium. et de singulis arpennis duo denarii de numagio.
In marco de quolibet arpento unus obolus. stuces vinearum et terrarum campipartali
um. panes et denarii de forestagio. bonagia. investiture et districta. Domus et
pressorium in quo manent. Quotiens campipars in granchia nostra ponetur: foragio
erit maioris. Ita quando illuc venienmus: equis nostris foragium providebit. Et si extra
ponatur: maior foraginem non habebit. Debet autem idem maior abbati unam pro
curationem singulis annis. Quod ne valeat oblivione deleri: presentes litteras
sigillo capituli nostri fecimus roborari. fratrum nostrorum nomina subtus annotantes.
Signum michael' prioris. S. iohannis supprioris. S. alardi et rogeri presbiterorum. S. Andree
et Roberti diaconorum. S. Josberti et odonis subdiaconorum. Actum anno incarnati
verbi. m. cc. vi. De criaria de monte.

1204 e go Johannes sancte genovefe parisiensis dictus abbas totusque eiusdem ecclesie humilis con
ventus. Notum facimus omnibus presentes litteras inspecturis quod nos con
cessimus criariam nostram de monte Roberto fabro quamdiu in burgo nostro
manserit habendam et tenendam. Quod ut firmum et stabile permaneat.
presentem cartam conscribi et sigillorum nostrorum munimine fecimus confirmari.
fratrum nostrorum signa et nomina subnotantes. Signum fulconis prioris. S. Ri
chardi supprioris. S. iohannis et alardi presbiterorum. S. petri et egidii diaconorum. S. iohannis
et roberti subd. Actum anno domini. m. cc. iv. De venditione portionis quam habet ecclesia nostra

Janvier 1270. o mnibus presentes litteras inspecturis. H. abbas sancte genovefe parisiensis salutem in domino. Et de
notitia universitas vestra quod nos totam portionem quam habet in annatione de bosco reg.
ecclesia nostra in decimatione de bosco regis tradimus et concessimus usque ad vi.
annos ad ammodiationem Gaufrido haymardi et Richardo evrardi pro vi.
libris parisiensis nobis et ecclesie nostre annuatim solvendis in terminis infra scriptis.
videlicet in ascensione domini. xl. sol. in festo sancti remigii alios. xl. sol.

7 in natiuitate dñi, xl. sol. In cuius rei memoriam et testimonium presentes litteras
fecimus sigillo nostro sigillari. Anno dñi. m. cc. xix. Die ueneris post circum
cisionem dñi. De maioria de drauerno. févier 1222.

e go Galo abbas sancte gen. par. totusque ipsius ecclesie humilis conuentus. Notum
facimus tam presentibus quam futuris quod nos concessimus andree filio defunc
ti almaurici de drauerno tantum in uita sua maioriam nostram de drauerno et
de lopysiaco cum bonagiis. inuestituris. districtis. foragiis et campiparta
gio. ad eandem maioriam pertinentibus. videlicet de quolibet arpenno terre unam
gelinam habebit. Quod ut ratum et firmum permaneat: presentes litteras eidem con
cessimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum anno dñi. m. cc. xxii.
mense februarii. De terris nostris apud palaciolum.

o mnibus presentes litteras inspecturis. h. abbas sancte genouefe par. salutem in
dño. Nouerint quod nos concessimus terras nostras sitas in territorio de palacio galatuler 1236.
lo balduino de martinetta ad uitam suam propriis suis sumptibus excolendas
et easdem suo semine seminabit. Ita tamen quod medietatem fructuum terrarum
habebit idem. b. Aliam uero medietatem habebimus. et eam medietatem
quam habebimus: faciet nobis afferri par. ad domum nostram in expensis suis.
Preterea concessimus eidem balduino omne foragium terrarum tam campi
partalium ad opus animalium suorum et nostrorum si forte contingeret quod uellemus
ibi animalia habere. Ita tamen quod foragium in fimum redactum tenebitur
idem. b. ponere in melioratione terrarum nostrarum. In cuius rei testimonium
presentibus litteris sigillum nostrum apposuimus. Datum anno dñi. m. cc. xxxvi.
mense maio. De maioria de monte. par.

e . go. h. abbas sancte genouefe par. totusque eiusdem ecclesie humilis con Decembre 1223.
uentus. Notum facimus presentibus pariter et futuris. quod nos concessimus
dilecto nostro guillelmo filio defuncti guiberti quondam maioris de roonio.
tantum in uita sua maioriam nostram de monte cum pertinentiis ad eam. videlicet
tractum decime nostre de monte. inuestituris. bonagiis et districtis et quinque sol.
de censu nostro in festo sancti remigii annuatim percipiendis. cum aliis quinque sol.
de talliis nostris habendis. quotiens talliauimus terram nostram. Sic autem conces
simus eidem maioriam nostram predictam. quod nichil in ea post eius [o]bitum iure hereditario re
clamare. sed post decessum eius ad nos pacifice et libere reuertetur. Quod ut fir
mum et stabile permaneat: presentes litteras fecimus sigillorum nostrorum munimine ro

borari. frm nr̃orum signa ⁊ nomina subnotantes. S. alardi prioris. S.
guillmi supprioris. S. galteri ⁊ iohannis pb̃rorum. S. lamberti ⁊ bar
tholomei diaconor. S. thome ⁊ girardi subd̃. Actum anno dñi. m̃. cc. xx.
. iiij. mense decembri. De maioria de vamuis.

Juin 1230

E go herbertus abbas sc̃e genouefe. totusq̃ eiusdem ecc̃e humilis conuentus
notum facimus tam p̃sentib; q̃m futuris q̃ nos concessimus Roberto
quondam filio giroldi dc̃i regis de vamuis maioriam nr̃am eiusdem uille.
tantũ in uita sua sine omni iure hereditario. nisi tale fec̃it forefcm
p quo eam amittere debeat possidendam. Excepimus autem ⁊ retinuimus
tractum granchiarum tam de vamuis q̃m de garanellis. ⁊ medietatem
foragiorum hybernagij scilicet ⁊ omnimode marteschie. cum tota minu
ta palea ⁊ receptione rotagij. Custodes in uineis ⁊ excussores in granchijs
ponet cũ assensu camerarij sub eadem mercede q̃ ponentur in granchijs
de Rungiaco ⁊ de monte. qui etiam tam excussores q̃m custodes nobis fa
cient fidelitatem. Cetera q̃ ad maioriam ptinent habebit. videlicet v. sol.
annuatim de censu dc̃e uille. ⁊ v. sol. de tallia q̃n p dño rege talliabitur
ipsa uilla. Dedimus insup ei tantum in uita sua tres arpennos pratorum.
iuxta pascua usus p̃sliacum. ex transuso a ripa sequane usq; ad terram a
rabilem. p hijs custodiet prata. ⁊ si aliqd dampnum nobis in eis factum fu
erit. ipse de suo nobis restaurabit. Quia uero decedentib; ex hac uita ma
iorib; nr̃is. nullus iure hereditario succedere debet. sz eam quibuscumq; no
bis placuit libere dare possumus. idem. R. iurauit nobis q̃ in illa maio
ria nichil hereditarium reclamabit. ⁊ q̃ fidelis erit abbi ⁊ canonicis qui
tempore suo erunt. ⁊ iura nr̃a p posse seruabit. ⁊ ecc̃e nr̃e dampna nullatenus
sustinebit. Quod ne ualeat obliuione deleri. p̃sentes litteras sigillis nr̃is
fecimus roborari. frm nr̃orum signa ⁊ nomina subnotantes. Signum a
lardi prioris. S. guillmi supprioris. S. nicholai ⁊ galteri pb̃rorum. S. guilli
⁊ Roberti diaconor. S. lamberti ⁊ Radulphi subdiaconor. Actum anno do
mini. m̃. cc. xx. mense Junij. De maioria de soysiaco.

Jaus oatte

Om. h. re. Qe cum bone memorie abbas iohannes p̃decessor nr̃. pag. de
soysiaco quondam seruienti suo maioriã nr̃am de soysiaco tunc uacan
tem custodiendam tradidisset. eodem pagano de medio sublato. colinus filius
suus maioriam ipsam tamq̃ì hereditarium ex successione p̃ris a nobis in

stantis petebat dicens patrem suum in possessione ipsius fuisse cum decessit. Cum igitur ad exhibendam eidem . C. coram nobis iusticiam super hoc plures dies assignassemus. uidens se de iure non posse obtinere quod petebat. a nobis petiit ut cum ipso misericordiam et non iudicium faceremus. Nos uero eius humilitatem et preces amicorum suorum attendentes. et etiam precauentes ne heredes ipsius in posterum quod ipse attemptauerat plurimum attemptare. maioriam nostram per sacramentum corporale primitus abiuratam. ei tantum in uita sua possidendam. Ita quod heredes ipsius post ipsum nichil iuris poterunt reclamare. Concessimus etiam ut pro seruicio maiorie habeat inuestituras. bonagia et districta. In tallia quinque sol. in censu sancti remigii .v. sol. fercula nuptiarum. Campipartem lini et canabi. et in grangia duos sextarios bladi mediitanei.

[E]go herbertus abbas etc. De maioria de autolio.

Notum facimus uniuersis quod nos concessimus guidoni forestario ~~guidoni forestario~~ de autolio maioriam nostram de autolio tantum, in uita sua possidendam. nisi tale fecerit forisfactum propter quod eam amittere debeat. non post mortem ipsius in dicta maioria heredes eius aliquid iuris poterunt reclamare. Habebit autem in feodo maiorie costumam uinorum. districta. bonagia. inuestituras. et furnum. ita tamen quod de ipso furno singulis annis reddet nobis .vi. sextarios siliginis. Quod ne ualeat obliuione deleri. presentes litteras sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. et nostrorum signa et nomina subnotari. Signum alardi prioris. S. guillelmi supprioris. S. galteri et nicholai presbiterorum. S. girardi et radulphi diaconorum. S. thome et roberti subdiaconorum. Actum anno domini. m°. cc°. xxvi°. mense nouembri.

novembre 1226.

Juin 1224

De pressorio pertinente ad maioriam de telgio.

[E]go herbertus abbas etc. Notum fieri uolumus presentibus pariter et futuris quod cum controuersia uerteretur inter andream et odonem fratres filios fulconis quondam maioris nostri de telgio super pressorio pertinente ad maioriam nostram de telgio. In quo pressorio dictus odo domicilium quoddam construxerat. et pro hoc dicebat se debere habere iure hereditario medietatem pressorii. Tandem pro bono pacis supradicto odoni et heredibus suis concessimus in feodum predictum domicilium. cum medietate pressorii. uidelicet medietatem totius uinee que adiacet pressorio. excepto arpento uno quod non est de pressorio. quod ultra medietatem aliam habebit andreas frater eius et [illegible] heredes sui. Concessimus etiam dicto odoni et heredibus suis medietatem terre pertinentis ad feodum. et

medietatem granchie a posteriori parte. cum pecia terre adherente capiti granchie. Ita quod in terra adherente lateri granchie usus tinceam nichil habebit. salvo tamen nobis usuagio granchie sicut antea habebamus. Cum vero dictum odonem mori contigerit: heredes sui vel quicumque voluerit tenere predictum feodum: tenebuntur pro relevamento feodi solvere sexaginta sol. par. Quod ut firmum sit presentes litteras sigillis nostris fecimus communiri. et fratrum nostrorum etc. Signum alardi prioris. S. guillini supprioris. S. galteri et nicholai presbiterorum. S. Lamberti et iohannis diaconorum. S. thome et herberti subd. Actum anno domini m. cc. xx iiii. Die veneris ante festum sancti iohannis bapt.

mars 1230. E go herbertus De maioria de Jauxigniaco.

abbas totusque humilis conventus beate genovefe par. Notum facimus presentibus pariter et futuris quod nos concessimus maioriam nostram de Jauxigniaco Roberto morauto tantummodo in vita sua possidendam. nisi tale fecerit forefactum: pro quo eam amittere debeat. Quia vero decedentibus ex hac vita maioribus nostris in maioriis nostris nullus heres iure hereditario succedere debet: sed eas quibuscumque nobis placuerit libere dare possumus: idem R. iuravit nobis quod in illa maioria nec ipse. neque heredes sui aliquid hereditarium reclamabunt. et quod fidelis erit abbati et canonicis qui suo tempore erunt et iura nostra pro posse suo servabit et ecclesie nostre dampna nullatenus sustinebit. Hec autem sunt que ad maioriam pertinent. Districta. bonagia. investiture. et quinque solidi in tallia quam pro domino rege talliabitur dicta villa. Quod ut firmum et stabile permaneat: presentes litteras fieri fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. fratrum nostrorum nomina et signa subnotantes. Signum alardi prioris. S. symonis supprioris. S. nicholai et galteri presbiterorum. S. Radulphi et lamberti diaconorum. S. iohannis et laurentii subdiaconorum. Actum anno domini m. cc. xxx. mense marcio. De maioria de Rungiaco.

may 1242 E go Robertus abbas sancte genovefe par. totusque eiusdem loci humilis conventus. Notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod nos concessimus martino filio iohannis quondam maioris maioriam nostram de Rungiaco: tantummodo in vita sua tenendam. nisi tale fecerit forefactum: pro quo eam debeat amittere. Tali conditione adiecta. quod post mortem eius heredes sui nichil in ea poterunt reclamare. Sunt ——— autem hec in maioria eidem martino concessa. Investiture. bonagia. districta. quinque solidi de censu

in festo sancti Remigii et quinque solidi de tallia quotiens fit in eadem villa pro domino rege. Et messagium terrarum pro segetibus nostris servandis et hominum eiusdem ville. Custodes autem vinearum constituet de consilio et assensu camerarii nostri et hominum predicte ville. De terris autem nostris propriis messagium non habebit. In cuius rei testimonium presentibus litteris duximus apponenda. Actum anno domini m° cc° xl° ii° mense maio.

De venditione fructuum et proventuum terre nostre apud sanctum Germanum super scolam.

[E]go R. abbas sancte Genovefe Parisiensis notum facimus tam presentibus quam futuris quod nos Reginaldo maiori nostro de sancto Germano super scolam et Adam de scolam villa vendidimus vendidimus ad sex annos fructus et proventus terre nostre pertinentes ad custodiam maiorie nostre quam tenet iam dictus R. videlicet pro viginti octo libris parisiensibus quolibet anno dictorum vi annorum nobis a predictis R. et A. persolvendis ad terminos inferius annotatos videlicet in festo omnium sanctorum x libras, in festo purificationis beate Marie x libras, in ascensione domini residuum videlicet viii libras. Tali tamen pactione interposita quod uterque eorum ad plenam solutionem dicte pecunie faciendam si alter eorum in solutione deficeret fide prestita corporali se ligavit. De solutione vero supradicte pecunie singulis annis facienda in terminis supranominatis usque ad vi annos prout superius est expressum plegios se obligaverunt nobis et ecclesie nostre Viel Maillart, Dyonisius de capite ville, Reginaldus Albigensis, Milo Lupi, Petrus Textor, Robertus Iote quilibet eorum in solidum fide prestita in manu nostra cuilibet eorum prestita corporali quod si debitores nominati deficerent in solutione dicte pecunie singulis terminis supramemoratis ipsi quam cito a nobis essent requisiti satisfacerent de defectu in pecunia numerata. Alioquin apud Corbolium ubicumque vellemus tenerent corporalem prisionem donec esset nobis ab ipsis plenius satisfactum. Actum anno domini m° cc° xl° primo mense Junio die sabbati ante festum beate Marie Magdalene. Huius pactionis incepto terminus a festo sancti Iohannis Baptiste primo precedente. Juin 1240.

De illis qui debent reddere quilibet pro se ecclesie sancte Genovefe Parisiensis annuatim dimidiam libram cere in crastino omnium sanctorum apud Borretum.

[U]niversis presentes litteras inspecturis, Officialis curie Silvanectensis salutem in domino. Notum facimus quod coram nobis constituti Bartholomeus de Mel et Guillelmus fratres, Maria de Druisi, Houdeardis de Druisi, Adam de Druisi et Houdeardis uxor Iohannis Triquete, sorores dictorum Bartholomei et Guillelmi, et Petrus Fouquet et Heluidis filia Ereburgis, nepotes eorumdem, homines de corpore beate Genovefe may 1245

par. sicut confessi sunt coram nobis. et Robertus de Freneel pro Martino et Ysabelli et Iohanne et Roberto Erembourgi pueris suis hominibus de corpore ecclesie supradicte. quilibet pro se dimidiam libram cere annui redditus ad libram Silvanecten. promittentes pro se et heredibus suis iuramento coram nobis prestito dictum redditum abbati et conventui sancte Genovefe vel eorum nuncio in crastino omnium sanctorum apud Borretum in domo sua se singulis annis imperpetuum soluturos. ita quod quilibet qui partem bonorum habebit. vel ad etatem quindecim annorum devenerit pro corpore suo dictam dimidiam libram cere persolvet loco et termino supradictis. nisi bona sua communia possideant et tunc unus pro communiter possidentibus bona: dictum redditum reddere tenebitur. sicut superius est expressum. Concesserunt nichilominus quod si in solutione dicti redditus vel in totum vel in partem defecerint: ille qui defecerit. dicte ecclesie tenebitur ad emendam. Concedentes etiam quod si aliquis huiusmodi redditum debuerit et feminam duxerit in uxorem. que similiter ad dictum redditum teneatur: uterque eorumdem pro se dictam dimidiam libram cere integraliter exsolvet. Ita tamen quod dicti abbas et conventus ab eisdem vel ab eorumdem heredibus manum mortuam vel forismaritagium. nec talliam poterunt petere: nisi manentes fuerint apud Borretum. vel in locis in quibus talliam ab hospitibus suis recipere consueverunt. et tantummodo talliam tamquam hospites reddere tenebuntur. Si autem contingeret quod oporteret dictos abbatem et conventum supradictos homines requirere: in expensis hominum eorumdem eos requirere tenerentur. In cuius rei testimonium presentes litteras ad petitionem dictorum hominum sigillo curie Silvanecten. fecimus sigillari. Datum Anno domini M. CC. XL. quinto. mense Mayo.

De manumissione quorumdam. quorum nomina inferius sunt subscripta.

Juillet 1244

Universis presentes litteras inspecturis. R. abbas sancte Genovefe par. totusque eiusdem ecclesie humilis conventus eternam in domino salutem. Noverit universitas vestra quod nos de communi assensu et voluntate omnium nostrum Girardum Tirel de Tilleto. Agnetem eius uxorem. Gaufridum Gibart. Floriam eius uxorem. filias Osanne. Guillelmum filium Reginaldi Doe. et heredes eorum filios et filias. Richardum matricularium. Genovefam eius uxorem. et Vedastum de cellario. Richildim eius uxorem. heredes eorum filios et filias propria carne natos vel nascituros vel nascituros manumisimus unanimiter. concedentes ut iidem perpetua gaudeant libertate decetero. Quod ut perpetuam obtineat firmitatem: presentem paginam

consortibus et sigillis nostris fecimus confirmari. Datum anno domini m° cc° xl° quarto. mense Julio.

Hec est notula de decima proventuum omnium redditTuum nostrorum persoluta. Anno domini m° Ducentesimo. Quadragesimo Sexto.

Ecclesia beate genouefe parisiensis habet in omnibus redditibus, videlicet in denariis. terris. vineis et nemoribus. pratis. bladis. pressoriis et aliis redditibus. secundum quod bona fide potest estimari: mille et quingentas libras parisiensium que tenentur ad mandatum abbatis et conuentus. exceptis prochialibus ecclesiis quas habemus in diuersis dyocesibus. que bona fide possunt estimari Ducentas et sexaginta libras parisiensium. Quorum omnium decima ualet Centum et sexaginta et sexdecim libras parisiensium. 1246

Littere super maioria de borreto. *littera Gaufredi cognomento grisagonella Andegauensium comitis* 1030

In nomine dei omnipotentis. uisibilium rerum et inuisibilium creatoris. Gaufridus andicauensium comes. notum fieri volo fidelibus meis et omnibus ad quorum noticiam negocium istud pertinere debebit. quod accedentes ad presentiam meam canonici congregationis monasterii parisiensis beatissime uirginis christi Genouefe humiliter deprecati sunt ut sibi et sancto loco suo ob amorem diuini nominis et uenerationem ipsius uirginis patrone ipsorum specialis quippiam elemosine conferrem et necessarii subleuaminis. Quorum postulationem humiliter et libenter suscipiens pro animabus parentum meorum fulconis incliti comitis et religiose comitisse hildegardis. meorum quoque ob remissionem peccatorum indulsi sacro sanctissime genouefe monasterio et clericis illius modius atque modiorum successoribus in omne reliquum tempus et uniuersas postmodum futuras generationum generationes. ad sensum domini mei henrici francorum regis de uilla ipsorum que in siluanectensium sita comitatu borretumque habet uocabulum: uiariam totam ad integrum et de plano et de silua. sicuti eam iure beneficiario ex dono regis francorum tenere dinoscor. tali quidem pacto. ut et presentes illius sancti loci seruitores et amodo in posterum cuncti futuri: pro animabus predictorum parentum meorum et mea. aut in omni septimana missam unam in communi conuentu suo decantent. aut in omni die unam orationem ad generalem missam suam preplicata uoce pronunciare sacerdotes suos faciant. Item in eadem uil-

Gausdatte *Viaria de plano et de sylva*

la etiam omnem p aduocatione quam ibi hucusque habui solutionem que solet esse
modiorum auene circiter .xx. deo et sancte genouefe et clericis eius remitto et ad talem
leuaminis modum redigo. ut pro ipsa summa abhinc et deinceps singulis annis
tantummodo dimidiam auri unciam clerici sancte genouefe persoluere curent. Cum
uero me in partes illas aut ad curiam regis aut ad placita aliqua accedere con
tingeret: tunc equorum meorum pastui modios auene .iiii. pro recognitione tri
miri prebeant. Et quando hoc erit: eodem anno semiuncie illius redditio remaneat,
nec ab eis requiratur. Siquis autem hoc quod non credo fore nec cupio. aut he
redum forte meorum. aut alia quepiam cuiuscumque conditionis persona remissio
nem istam uoluntarie a me et rationabiliter factam cassare uel calumpniari temp
tauerit: pro impii conatus inquietudine iram dei. sancte quoque genouefe offensio
nem incurrat. et insuper presumptione sua irrita remanente: auri libras centum
ad purum excocti cale dei cui litem intulerit. legum seueritate soluere compel
latur. Ut autem elemosine istius donatio et de presenti et apud posteros uerius
credatur ac firmius conseruetur: pagine huius notitiam conscribi feci. Quam uiui
fice crucis figura manu mea insigniui. atque presentes fideles meos concreatore
consuetudinaria corroborare rogaui.

De uaria sancti germani sup scolam.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ut nullo mundi termino gestarum memo
ria rerum aboleri possit studiis litterarum: omnibus fidelibus presentibus atque futu
ris manifestum fieri uolumus. quod teodoricus sosiati. et uxor eius alpes. nec
non et filii eius. et teodericus milledi castelli uiaturam quam in nostra terra sup
scolam fluuium sitam iniuste detinuerant: immunem ecclesie dimiserunt. tali
tenore. quatinus unoquoque anno in die sancto pasche uiginti solidos incole su
pradicte terre illi persoluant. Cuius rei extiterunt testes ex nostra parte: Johannes mi
les. Stephanus frater eius. Stephanus paruus. Germundus. Constantius.
Stephanus cellerarius et cetera.

[Q]uamuis in tractatu miraculorum beate virginis genouefe **De miraculo ardentium**
de ardentibus que parisius acta sunt tempore grossi regis ludouici. et qualiter uen.
stephanus tunc temporis parisiensis episcopus non per alienos nuncios. sed in propria persona cum
uiris religiosis. cum pietate et deuotione et magnis precibus impetrauit ut beata uirgo ge-
nouefa ad parisiacam ecclesiam pro liberatione eorum quorum membra sacer ignis horren-
dum consumebat a predecessoribus nostris qui tunc in ecclesia nostra erant deportaretur.
Quam humiliter et deuote beata uirgo de loco sancto suo deposita fuerit. cum quanta reueren-
tia deportata. quam sollempnis illa fuerit processio. quam maximum et grande miraculum
legentibus si cor apposuerint ad eruditionem et instructionem. quomodo beata uirgo ge-
nouefa debeat requiri et deportari sufficienter potest et deberet. Sed quoniam refriguit et tepe-
scit per singulos dies caritas et dilectio et deuotio multorum erga ecclesias qui honori
libertati et dignitati ecclesie inuidentes pro posse suo ea derogare nituntur. Ad noticia-
am autem presentium et futurorum peruenire uolumus. quod antiqua et approbata consuetu-
do est et a predecessoribus nostris inuiolabiliter obseruata. et ab hiis qui nunc presentes sunt et a
posteris eorum summopere obseruanda. quod nullo modo beata uirgo genouefa extra eccle-
siam suam. que in honore apostolorum petri et pauli fundata est. in qua gloriosa uirgo geno-
uefa sicut oculis nostris uidimus in corpore requiescit efferatur. nisi canonici pari-
sienses et non alii a domino abbate et fratribus pro aliquam urgentem necessitatem et periculum
humiliter et deuote petierint deportari. et nisi honorem debitum et reuerentiam sicut
consuetudinis est se exhibituros polliceantur. Scriptum est enim quod ab antiquis temporibus
inuiolabiliter obseruetur. ut quando beata uirgo genouefa deportatur. sollempniter extra-
hatur et sollempniter reducatur. Cum autem canonici parisienses ad abbatem et seniores no-
stros pro deportanda beata uirgine genouefa uenerint ex parte decani et capituli parisiensis.
audita petitione ipsorum et causa. benigne et modeste secundum petitionem et causam
respondeant. et dicentes tamen quod grandis labor sit tam sepissime beatum marcellum
et beatam genouefam deportare. et in contemptum et tedium populi posset uenire. Si
autem in petitione sua perseuerauerint. omnino negare non possumus. quia indigna-
tioni et arrogantie ascriberetur. et populus parisiensis uirorum ac mulierum qui suffra-
gium beate genouefe innituntur in nos et de nobis uerba malicie et nequicie iacula-
retur et proferret. Assignata ergo die ab abbate et canonicis qua beata uirgo genouefa
deportetur. per omnes ecclesias debet nunciari. uie et platee mundari. et corpora
sanctorum ad ecclesiam beate genouefe deportari. uidelicet corpus beati marcelli parisiensis episcopi.
cum alia capsa ecclesie parisiensis in qua corpus alicuius sancti positum sit. Communiter

cum uulgo dicatur quod beata uirgo genouefa non se mouerit nisi beatus marcellus eam requirat.
Sunt et alia corpora sanctorum que in hac processione solent deferri. sancti parentii. sancte ma
gloriis. sancti landerici. sancte aure. sancti medici. sancte oportune. Interim debent fratres nostri in orationibus
et ieiuniis et disciplinis quantumcumque deus unicuique inspirauerit se exercere. Debent
etiam fratres nostri qui foris morantur si commode processioni interesse possunt euocari. Adue
niente autem die qua processio debeat fieri et sanctorum corpora deportari: consuetudo est huius
ecclesie. quod sollempnitas fiat in honore et ueneratione beate uirginis genouefe ex integro in
.iii. duplici. nisi festum in toto uel in medio duplici contigerit. tunc sollempnitas beate
genouefe sequenti die fiet. Vel si festum .xii. lectionum contigerit: tunc sollempnitas beate genouefe
fiet. et festum .xii. lectionum in alium diem transferetur. Precedenti die ad uesperas super psalmos
antiphona. Gaudia festiue. et cetera. cum ceteris psalmis secundum feriam. Capitulum. Qui gloriatur. responsorium. Flos sudans. uersus.
Ingrediente sponsa christi. hymnus. Genouefe translatio. uersus. Ora pro nobis. Ad magnificat antiphona. O spon
sa dei. Oratio. Presta quesumus omnipotens deus. ut beate genouefe presentiam. Si memorie sanctorum faciende sunt:
fiant. Ad matutinas inuitatorium. Virginis insignis. hymnus. In praeclare. Super psalmos. antiphona.
Speciosa uirgo. cum ceteris psalmis et uersibus. .iii. lectiones de uirginibus. .ix. lectiones de miraculis beate
genouefe. natiuitatem et periculo pro quo beata uirgo deportatur congruentes. historia. Beata
uirgo genouefa. sicut est. Sonum. responsorium. Ingrediente sponsa. Tertium. sextum et no
num responsorium duo cantent. In laudibus antiphona. Venerabilis uirgo. cum ceteris. Capitulum. Qui gloriatur. hymnus.
Chorus exultet. uersus. Elegit eam. Ad benedictus antiphona. Maxima namque. Oratio: ut supra. Ipsa die
prima mane cum duabus maioribus campanis debet pulsari. Ad primam super Iam lu
cis: cantus hympni. Genouefe preconia. antiphona. Venerabilis uirgo. Cetere de laudibus. ad ce
teras horas. Ad tertiam et ad ceteras horas: dicuntur capitula et uersiculi de uirginibus et
oratio. Presta quesumus: ad omnes horas dicatur. Missa matutinalis si cantanda est: cantetur. sine
cantu tamen. Post missam matutinalem dicantur hore de beata maria sicut dicende sunt. Ca
pitulum ea die citius pulsetur. in quo ordinabitur qui fratres debeant beatam uirginem de
portare. qui crucem et textum si deferendus est deferant. et candelabra et thuribula.
Sed etiam qui uersiculos uel antiphonas debet incipere: in capitulo debet nominari. Post
capitulum: ibunt fratres in dormitorium. et discalciabunt se. et induti suppelliciis sub
capis: reuertentur in claustrum. Tunc due maiores campane debent pulsari.
Interim debet sacrista luminaria ecclesie accendere. et sacerdotes qui capsam deportaturi sunt
albis candidis et honestis se reuestire. Congregatis fratribus in claustro. dato moni
tu ab eo qui conuentum tenet: ascendent fratres in scuarium. Domnus abbas et sacer
dotes qui reuestiti sunt prosternent se et ceteri fratres super tapeta. toto corpore prostrati
ita ut nullus se habeat uno modo. alius autem et di

centu .vii. psalmos penitentiales finientes singulos cū glia pr̄i. Quibus finitis: dicet domnus
abbas letaniam et oēs q̄ solent dici feria .vi. post .vii. psalmos. Cum oronibus
istis: debet adiungi oro pro periculo uel necessitate pro qua processio fit. siue pro aeris sereni
tate. siue pro pluuia postulanda. siue pro infirmis. siue pro quacumque alia necessitate.
Finitis oronibus: dicat domnus abbas. Confiteor. Absente autem abbe: domnus prior hec
omnia facere debet. et fiat absolutione: ascendent sacerdotes ad deponendum corpus sc̄e
uirginis. Et tunc frater qui cantum hēt incipere: incipit. R. Beata uirgo genouefa. mo
derata uoce. et alia. R. quotquot fuint necessaria. Deposito sc̄o uirginis corpore: di
centur .V. Ora pro nobis. et Oro. Indulgentiam nobis. Dicta orone: dicatur tercia. siue in
salatario siue in choro: prout potius competentius fieri. Dum tercia cantabitur: domnus ab
bas et ministri altaris reuestient se ad missam celebrandam. siue de sc̄o spiritu. siue
de b̄a genouefa. sicut in capitulo ordinatum fuit. Interim dum missa cantatur:
preparabunt fratres capsam et mundabunt. si aliquid mundandum fuit. Post mis
sam cantabitur sexta: sicut dictum ē de tercia. Qua finita: incipietur. A. Multorum
dulia medicamine. et deferent sacerdotes capsam sup maius altare. Finita antiphona:
dicetur .V. Ora pro nobis. et Oro. Pr̄a. q. o. d. ut b̄e genouefe presentiam. Si hora com
petens fuerit: cantabitur nona. Qua finita: sedebunt fratres in choro uel in salatario et
dicent bini et bini psalterium. quousque ex utraque parte chori sese n̄ possent intelligere. propter
frequentiam aduenientium. et sic expectabunt aduentum processionis. Adueniente
itaque processione parisiensi cum aliis: due maiores campane diu debent pulsa
ri antequam accedant ad ecclesiam. Cum autem ecclesie appropinquaverint: domnus abbas et prior
induti capis sericis ibunt obuiam processioni in portu ecclesie. precedentibus cerofe
rariis et thuriferariis. et .iiii. fratribus indutis albis qui corpus b̄i marcelli sup maius
altare deferent. Domnus uero abbas et prior stantes in introitu ecclesie: transeuntes
capsas thurificabunt. Capse autem b̄i marcelli obuiantes: thurificabunt eam.
et .iiii. fratres nostri illam deferant sup maius altare. Domnus autem abbas et prior stan
tes in introitu ecclesie depositis thuribulis manus apponent ad deportandam cap
sam b̄i marcelli cum ceteris fratribus nostris: usque ad maius altare. Consuetudinis ē cle
ricorum parisiensium in introitu ecclesie decantare. R. uel A. de aplis petro et paulo. et in
choro dicere .V. et oronem. Post aliquod interuallum temporis ad egressum processionis
incipiunt canonici parisienses. A. de beata genouefa. O felix. et dicunt in choro
.V. et oronem. Nota. Tempore abbatis Roberti ordinatum ē comuni assensu
et uoluntate omnium fratrum. quod antequam descendat capsa b̄i marcelli de salatario:

decantetur. a. de sancto marcello. O dulce decus parisiorum. et V. Ora pro nobis. et oratio. Deus qui populo tuo. debent dici in choro ab aliquo fratrum nostrorum. Finita oratione sancti marcelli: ordinatum est ut decantetur. R. de omnibus sanctis. Concede nobis. et sic decantetur. quatenus hodie presentiam veniam. Fratres nostri debent deportare capsam beati marcelli usque in porticum ecclesie. et similiter canonici parisienses capsam beate genovefe. et tunc egredientur processiones. Fratres nostri ultimi debent incedere in processione. ita tamen quod decanus parisiensis si presens in processione fuerit. et alie persone parisienses et canonici quibus placuerit: supremi et superiores in processione sint. Finito R. Concede nobis: incipiant fratres psalmos ubi in ecclesiam intraverint. Ad introitum civitatis incipietur. R. Advenisse parisius. vel Ingrediente sponsa Christi. et decantabunt usque in ecclesiam beate marie. Canonici parisienses sicut consuetudo eorum est deferent capsam beate genovefe super maius altare beate marie. cum capsa beati marcelli. quamdiu iste capse in choro remaneant.

Tunc fiet sermo ad populum. Finito sermone: incipiatur a fratre nostro cui iniunctum est antiphonam de beata maria. Salve regina misericordie. V. et oratio in choro dicetur. Dicta oratione: regredientur processiones. Egressis processionibus de choro: decantabunt fratres nostri. R. de sancto marcello. Sancte marcelle. et tunc canonici parisienses deferent capsam beate genovefe usque ad portam parvi pontis. et fratres nostri capsam beati marcelli. Et cum ibi convenerint: revertetur processio parisiensis ad ecclesiam suam. Nostra autem processio cum corpore beate virginis ad ecclesiam nostram revertetur. Antequam autem accedat processio ad ecclesiam: due maiores campane diu debent pulsari. Fratribus autem nostris ingredientibus per superiorem portam versus ecclesiam sancti stephani. alii qui deferunt capsam ordinabunt se per transversum. ita ut conventus et populus qui post processionem venit desubtus capsam possint transire. Fratres autem nostri cum transierint: remanebunt in navi ecclesie decantantes. R. de historia beate genovefe. sicut sunt in ordine. quotquot fuerint necessaria. Cum autem omnes transierint: incipietur. R. Audivi vocem. et tunc illi qui deferunt capsam: intrabunt ecclesiam. et tunc universi fratres prosternent se toto corpore ad ingressum virginis. donec corpus virgineum transierit. Tunc capsa in competenti loco deponetur. ubi mulieres lichinis suis eam cingent. nec debet eas aliquis prohibere. Interim dum hec aguntur ibunt fratres in dormitorium. et postea in claustrum ad pedes suos abluendos. Sed nullus debet se recalciare donec corpus beate virginis genovefe in loco suo componatur. His peractis revertentur fratres in sanctuarium. et pulsabitur totum classicum. et incipietur. a. O gloriosa Christi. relevabitur capsa in locum suum et componetur. Finita antiphona: dicetur V.

Ora pro nobis. et oratio. Deus qui nos hodierna die beate virginis genovefe presentia letificas. da ut quam. Dicta
oratione: fratres universi flectentes genua humiliter et devote inclinantes se: revertentur ad
claustrum. Ad vesperas super psalmos. antiphona. O felix. psalmi secundum feriam. Capitulum Virgo glo-
riosa. hymnus. Genovefe translatio. versus. Ora pro nobis. Ad magnificat antiphona. Gloriosam christi spon-
sam. Oratio. Presta quesumus omnipotens deus. ut beate virginis genovefe presentia. Si memoriae sanctorum facienda fuerit:
debent fieri. *Quod nullo modo nisi ingruente necessitate maxima vel periculo*
beata virgo genovefa debeat deportari.

5 Silentio nolumus preterire. quod a memoria presentium et futurorum non debet recedere. 1239
Anno gratie domini m°. cc°. xxxix°. Ludovicus rex francorum filius regis Ludovici qui in
provincia albigensi defunctus est filius domine blanche regine. cum sanctam spineam
coronam parisius delatam esset: mandavit abbati et conventui sancte genovefe parisiensis. ut corpus
beate genovefe cum aliis processionibus parisiensibus contra sanctam coronam deportarent.
Quo audito fratres nostri valde turbati et contristati dubitantes quid super hoc faciendum
esset: bonum et utile habentes consilium: miserunt ad dominum regem apud vicenas
tres ex fratribus nostris. videlicet fratrem lambertum de verreriis tunc temporis suppriorem.
et fratrem thomam de roseto et fratrem guillelmum de ampuivilla. ut domino regi intimarent
quod beata virgo genovefa numquam de ecclesia sua efferretur: nisi processio parisiensis cum cor-
pore beati marcelli eam requireret. Generaliter enim vulgo dicitur quod beata virgo genove-
fa numquam de ecclesia sua se moveret: nisi eam beatus marcellus requireret. Venien-
tes autem fratres nostri ad dominum regem: invenerunt venerabiles patres nostros magistrum
gualterum dictum cornutum senonensem archiepiscopum et magistrum adam de chambli episcopum
silvanectensem. et coram ipsis et multis aliis intimaverunt domino regi quod beata
virgo genovefa numquam deportaretur: nisi processio parisiensis cum corpore beati mar-
celli et aliis processionibus requireretur. Hoc ipsum testificati sunt dominus senonensis et dominus silvanectensis
cum canonici essent parisienses: multociens viderunt. Plures et alii tam cleri-
ci quam laici hoc ipsum coram domino rege testificati sunt. Dixit autem dominus seno-
nensis fratribus nostris. quod si haberent aliud corpus sanctum: ad processionem sancte spinee corone
deferrent. Quod et sic factum est. Et detulerunt fratres nostri corpus sancte alde virginis.
Possumus et audacter dicere audemus. quod non esset utile et ydoneum dignitati et
honori ecclesie nostre. pro centum libris vel eo amplius. quod in tali articulo beata virgo geno-
vefa sine reverentia et honore subito deferretur. Et hoc cordibus presentium et futurorum
debet imprimi et nullo modo aboleri. Hoc ideo scripsimus. ut numquam ad
petitionem vel instantiam alicuius ecclesiastice secularisque persone. sive archiepi-

sive episcopi. uel etiam domini regis. uel regine. aut filiorum eorum. etiam si iniuriam uel uiolentiam uel temporale dampnum sustinemus: nullo modo concedere debere mus.

De operatione noue capse et de remotione sacri corporis beate genouefe.

claus datti 12/1º

q Quia longum et tediosum esset de operatione noue capse plurima dicere: aliqua tamen breuiter dicemus. Tempore igitur abbatis herberti cuius anima per misericordiam dei requiescat in pace amen: placuit ipsi abbati et fratribus uniuersis capsam nouam ligneam que auro et argento et lapidibus preciosis cooperiretur: facere. In qua corpus uenerabilis uirginis genouefe de antiqua lignea capsa postmodum transferretur. In opere autem isto nobili et sumptuoso fratres nostri de beneficiis suis. per se et amicos et notos eorum et familiares et domesticos eorum plurima dona contulerunt. Opus autem istud per aliquantulum temporis spacium: propter quedam impedimenta eorum retardatum est. Anno igitur domini m. cc. xl. secundo. Tempore abbatis Roberti. opere isto glorioso et honorifice perfecto et consummato: uoluntas ipsius abbatis et omnium fratrum fuit. ut sancte uirginis corpus de antiqua lignea capsa in qua per multos annos requieuerat: in nouam capsam transferretur. Volebant autem remotionem istam sacri corporis in sollempnitate translationis beate uirginis genouefe. scilicet. v. kl. nouembris fieri. Interim fratres nostri sicut discreti et sapientes consilium bonum et utile habentes. constituerunt ut nulla extranea persona siue ecclesiastica siue secularis ad hanc remotionem euocaretur. et congruum fecerunt consilium. pro euitandis periculis que ex eorum presentia forsitan possent euenire. Optata autem die adueniente. finito nono. R. matutinarum. dominus abbas et ceteri fratres discalciati et superpelliciis induti: ascenderunt in sanctuarium. et toto corpore prostrati. vii. psalmos penitentiales. cum letania. precibus et orationibus sicut moris est. in remotione sacri corporis dixerunt. Tunc plurimis ardentibus luminaribus et cereis: quatuor fratres sacerdotes albis induti. capsam antiquam de loco suo deponentes super altare apostolorum petri et pauli posuerunt. Dominus autem abbas et ceteri fratres capsam illam fortiter obseratam reserari fecerunt. In qua inuenerunt scrinium. quod etiam firmiter et fortiter obseratum erat. Hesitantes autem quid super hoc facere deberent: quia non sufficiebat eis solummodo scrinium uidere. salubri habito consilio. scrinium illud fortiter obseratum reserari fecerunt. quid intus haberet uidere cupientes. Reserato autem scrinio et aperto sacrosancte uirginis corpus sicut a predecessoribus nostris audierant inuenerunt et uiderunt corpus eius cum precioso capite suo pannis inuoluto mundis et samito albo. Viso autem gloriose uirginis corpore pre gaudio in lacrimas erumpentes. deo et uirgini corde et animo gratias

retulerunt. per aliquod spacium intuentes sanctum corpus. Tandem caput virginis
devote et humiliter osculantes: scrinium clauserunt et firmiter obserantes in capsam
novam auro et argento et lapidibus preciosis ut diximus coopertam: reposuerunt.
Res admirabilis et vehementer admiranda. quod scrinium illud intra nove capse co
aptatum est. sine mensura aliqua inde accepta. quod nullus quantumcumque discretus
artifex melius vel citra posset coaptare. Reposito autem sancto corpore sic in capsa nova:
Te deum laudamus. et non sine lacrimis fratres alta voce decantaverunt. Sequenti
autem die sanctum corpus super secundum altare posuerunt. ibique per .xiii. dies donec
locus ubi reponendum erat pararetur: fuit. xiiii. autem die sanctum corpus in loco
suo suo honorifice et decenter sicut nunc intuentibus manifestum est: reposuerunt.
Hec autem sunt nomina fratrum nostrorum. qui huic sacre remotioni vel translationi presentes fuerunt. Dominus Robertus de firmitate milonis: tunc temporis abbas. frater
Symon de bachivalle tunc temporis prior. frater Girardus de varennis tunc temporis
supprior. frater Nicholaus parisiensis. cognomine berout. frater petrus de castro nantonis.
frater Rogerus parisiensis de castellulo. frater guillelmus de sancto benedicto. frater petrus de sancto benedicto. frater petrus de feuteriis. frater Guillelmus de sancto marcello. frater Manasses de cantulupi. frater stephanus de minci. frater lambertus tunc temporis sacrista. frater Thomas de Roseto. frater Johannes magnus. frater bartholomeus parisiensis. frater Robertus
poucin. frater thomas cellerarius. frater guillelmus de campania. frater guillelmus de am
ponvilla. frater petrus trecensis. frater Johannes de bachivalle. frater laurentius tunc
temporis camerarius. frater guillelmus de mariliaco. frater guido parisiensis. frater Johannes
de nuceto. frater petrus de corbolio. frater hugo de villa scabiosa. frater Johannes de be
zuns. frater petrus de faverijs. frater guillelmus de latiniaco. frater Johannes de paciaco.
frater guido de Rivolio. frater fromundus de bachivalle. frater henricus de monte.
frater guillelmus de auersus. frater thomas de Roissiaco. frater godefridus. frater lambertus
de bannevilla. in pago vastinensi. frater petrus de garlandia. frater gauterus de
vannis. frater guillelmus parisiensis. minor. frater Symon de orceay. frater Johannes de firmitate milonis. frater arnulphus de Romana villa. frater Garinus de andeliaco.
frater Nicholaus de breyo super sequanam. Hec autem sacri corporis visio generaliter omnes et precipue illos qui presentes fuerunt in amore fraterno. in mundicia
et mentis et corporis. in observatione religionis et ordinis nostri. in operatione
et perseverantia bonorum operum. in exercicio divini officii. In gratiarum actione et laudibus et veneratione beate virginis genovefe devotiores. alacriores et

pemptiores deberet exhibere. De sumptibus et expensis in nove capse opere

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod in opere capse (ad) continentis reliquias) sancte Genovefe de quo superius sermo habetur: continentur .IX. et .XIII. march. et dimidia march. argenti, que constiterunt .ccc. et .xxxv. libr. ad rationem .xlv. sol. par. pro marcha. Continentur etiam in dicto opere .VII. march. et dimidia march. auri, que constiterunt .VI.c. et .xvi. libr. par. ad rationem .xvi. libr. par. pro marcha. Bonardus autem qui construxit dictum opus recepit pro labore suo et pro lapidibus preciosis in dicto opere contentis per manum fratris Thome tunc temporis cellerarii: .cc. libras par.

Summa totius expense predicte capse: .VII.c. et .lx. et .xi. libr. par. Excepto tabernaculo et canibus de cupro qui sustinent dictam capsam, que constiterunt .xl. lib. et amplius.

Decembre 1247 De maioria de monte concessa Stephano filio defuncti Guilli viarii.

Universis presentes litteras inspecturis. Th. abbas ecclesie sancte Genovefe par. totusque eiusdem ecclesie conventus humiles: eternam in domino salutem. Noverint universi quod nos dedimus et concessimus Stephano quondam filio defuncti Guilli viarii nostri maioriam nostram de monte tantummodo in vita sua sine omni iure hereditario. Ita tamen quod si tale fecerit forefactum per quod eam debeat amittere: possidendam. Quia vero decedentibus ex hac vita maioribus nullus in maioriis nostris iure hereditario succedere debet. Sed eas quibuscumque nobis placuerit libere dare possumus. Item Stephanus iuravit coram nobis quod in illa maioria nec ipse nec heredes sui aliquid hereditarium reclamabunt. Et quod fidelis erit abbati et canonicis qui suo tempore erunt. Et iura ecclesie nostre pro posse suo servabit. Et dampna nostra nulla tenus sustinebit. Hec autem sunt que ad maioriam pertinent. Districta. Bonagia. Investiture. Et quinque solidi de censu nostro in festo sancti Remigii. Cum aliis quinque solidis de tallia nostra quotienscumque talliaverimus terram nostram. Et etiam tractus decime ville. Pro quo debet habere dictus maior decimam iarbam talis bladi qualem adducet quadriga sua. Et pro provenda equorum: duas iarbas avene quolibet sero. Dictas quas iarbas ad nostram granchiam adducet. Tenetur etiam dictus maior mittere quadrigam suam ad campos pro decima ad nostram granchiam adducenda quotienscumque a collectoribus nostre decime fuerit requisitus, omni occasione et dilatione remotis. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum Anno domini M. cc. xl. VII. mense Decembri.

Item de eadem maioria.

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis salutem in Domino. Notum facimus quod in nostra presentia constitutus Stephanus filius quondam defuncti Guillelmi viarii recognovit quod abbas et conventus Sancte Genovefe de Monte Parisiensis dederant et concesserant eidem Stephano marceriam suam de Monte, quam ad vitam ipsius Stephani tantummodo possidendam, nisi tale fecerit forefactum per quod eam debeat amittere. Ita quod post decessum dicti Stephani dicta marceria ad dictos abbatem et conventum libere et sine contradictione aliqua revertatur. Et quod heredes ipsius Stephani post decessum ipsius in dicta marceria nichil iure hereditario vel alio quoque modo poterunt reclamare. Promisit etiam idem Stephanus coram nobis quod fidelis erit abbati et canonicis Sancte Genovefe predicte qui pro tempore fuerint, et iura dicte ecclesie pro posse suo servabit et dampna ipsius ecclesie nullatenus sustinebit. Et de hiis omnibus tenendis et fideliter observandis et de non veniendo contra idem Stephanus fidem in manu nostra prestitit corporalem. Datum anno Domini M° CC° XL° VII°, mense decembri. Decembre 1247

De domo Johannis de Boulerre.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Th., abbas Sancte Genovefe Parisiensis, totusque eiusdem ecclesie conventus humilis, eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod nos dedimus et concessimus Johanni de Boulerre et Heluidi eius uxori domum nostram que quondam fuit Richildis la Pescheloche, et medietatem domus nostre que quondam fuit Roberti Danielis, ad vitam suam tantummodo possidendas, sitas in censiva ecclesie nostre ante crucem Carnificum, in cuneo vici per quem itur apud Sanctum Hilarium, pro quatuor libris Parisiensibus augmentati census et quatuor solidis Parisiensibus capitalis census, quatuor terminis inferius annotatis, videlicet in Pascha viginti solidos, in nativitate beati Johannis Baptiste viginti solidos, in festo Sancti Remigii viginti quatuor solidos, et in nativitate Domini viginti solidos, nobis a dictis Johanne et Heluidi eius uxore annis singulis persolvendis. Decembre 1247 Tali conditione inter nos et dictum Johannem et Heluidim eius uxorem apposita, quod ipsi tenentur in dictis domibus edificare suis sumptibus unum furnum bonum et magnum ad coquendum panem burgensium et hospitum ecclesie nostre, et omnium aliorum quorumcumque volentium venire ad furnum dictum. Et si unus decederet, alter qui supervixerit tenebit et habebit dictas domos cum furno predicto. Debent etiam dicti Johannes et Heluidis eius uxor quamdiu vixerint tenere dictum furnum in bono statu, et etiam dictas domos in eque bono statu in quo modo sunt vel etiam in meliori. Nos vero dictas domos cum furno predicto eisdem Johanni et Heluidi eius uxori garentizare ad vitam eorum tantummodo promittimus, et tenemur ad usus et consuetudines Parisienses contra

omnes per censu supradicto nominato. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra
duximus apponenda. Datum Anno domini. m. cc. xl. vii. mense Decembri.

Item de eadem domo.

Decembre 1247

Omnibus presentes litteras inspecturis. officialis curie parisiensis salutem in domino. Notum fa
cimus quod in nostra presentia constituti Johannes de boulette et helloysis eius uxor recogno
verunt coram nobis se recepisse quo ad vitam ipsorum tantummodo ab abbate et con
ventu sancte genovefe de monte parisiensis domum que quondam fuit Richildis lapeschelochie. Et
medietatem domus que quondam fuit Roberti danielis sitas in censiva ecclesie sancte genovefe. vo
cata. ante crucem carnificum in cuneo vici per quem itur apud sanctum hilarium ad in
crementum census. iiii. librarum parisiensium et. iiii. solidorum parisiensium. capitalis census. quatuor
terminis inferius annotatis videlicet in pascha. viginti solidos. In nativitate beati
iohannis baptiste viginti solidos. In festo sancti remigii viginti quatuor solidos. Et in na
tivitate domini viginti solidos. dictis abbati et conventui a dictis iohanne et eius uxore annis
singulis persolvendis. Tali conditione apposita. quod dicti Johannes et helloysis eius
uxor tenentur in dictis domibus edificare suis propriis sumptibus unum furnum
bonum et magnum ad coquendum panes hospitum ecclesie sancte genovefe et omnium aliorum
quicumque voluerint venire ad dictum furnum. Et si unus decedet. alter qui sup
vivet tenebit et habebit dictas domos cum furno predicto. Debent quod dicti Johannes et helloysis
eius uxor, quamdiu vixerint tenere dictum furnum in bono statu et etiam dictas
domos in eque bono statu in quo sunt. vel etiam in meliori. Debent autem dictum
furnum cum predictis domibus et quicquid meliorationis fecerint in domibus antedictis
ad ecclesiam sancte genovefe sine contradictione aliqua post decessum ipsorum devenire. Ita
quod heredes dictorum Johannis et helloysis in dicta melioratione seu in predictis domibus
vel furno. iure hereditario. vel alio quocumque modo post decessum ipsorum
nichil poterunt reclamare. Et de hiis omnibus tenendis et fideliter observan
dis. et de non veniendo contra. predicti Johannes et helloysis fidem in manu nostra
corporaliter prestiterunt. Datum Anno domini. m. cc. xl. vii. mense Decembri.

De manumissione Jacobi Coterel et familie eiusdem.

Decembre 1247.

Universis presentes litteras inspecturis. Th. abbas sancte Genovefe parisiensis Totusque eiusdem
ecclesie conventus humilis. eternam in domino salutem. Notum facimus quod nos de communi as
sensu et voluntate omnium nostrum Jacobum filium martini dicti Coterel et eius heredes
filios et filias propria carne natos et nascituros manumittimus. et ab omni iugo et

one servitutis penitus libamus. Ut vero ratum permaneat et firmum, presentibus
litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum Anno domini millesimo. Ducentesimo. Qua
dragesimo septimo. mense febr. neot. de burgo regine et de yuriaco.

De manumissione hominum ecclesie nostre de vanuis. De autolio. de fontaneto. de Bal

+ Ludovicus dei gratia francorum rex. Notum facimus presentibus pariter et futuris quod nos cartam di mars 1247 23
lectorum nostrorum abbatis et conventus sancte genovefe par. vidimus in hec verba. Universis presentes litteras in
specturis. Th. abbas sancte genovefe par. Totusque eiusdem ecclesie conventus humiles eternam in domino salutem.
Notum facimus quod nos de communi consensu omnium nostrum et voluntate. homines ecclesie nostre de
corpore de vanuis. de Autolio. de fontaneto. de balneol. de burgo regine et de yuriaco.
videlicet Thomam leblount. Gilebertum de Ruella. Mabiliam de Rodon. Radulphum
anglicum. Susannam de buciaco. Johannem de buciaco. Bernardum flaaut. Johannem done. E
melinam filiam Ric. de vernone. Reginaldum de Rod. heredes defuncti Guerini de vineis.
Lambertum de Ruella. Gilam lamalete. Teciam lamalete. Guillelmum bellozille. Garnerum
de merolis. Hernesium carpentarium. Richerum de burgo regine. Ernaudum carpentarium. Gar
nerum divitem. Nathalem pinardi. Lambertum carnificem. Aeliciam de yuriaco. Henricum
carnificem. Philippum veron. Adam feret. Agnetem de plesseio. Stephanum de barra. Odo
nem juvenem. Odonem senem. Guiardum de valle. Odelinam de curia. Relictam Guiardi
pelliparii. Galterum lecorveur. Sancelinam relictam defuncti Mauricii. Galterum de sancto
Clodoaldo. Stephanum de fonteneto. Johannem gomunt. Symonem de balneol. Johannam
relictam defuncti tolte. Bernardum cooptorem. Barnar de balneol. famulam defuncti x
Iuioranni de autolio. Dyonisium de atrio. Johannem gomau. Petrum filium Memburgis. Johannem Rogerum
fratrem eius. Odonem de varioreto. Johannem de ulmo. Hugonem Comitem. Basiliam filiam de autolio.
Henrici de fonte. Guillelmum filium defuncti girardi regis. Teciam matrem eius. Galterum filium
defuncti hugonis maioris. Odelinam relictam defuncti Rogeri de Garnellis. Johannem de
autolio. Adam de atrio. Petrum de colle. Robertum maiorem. Robertum galois. Petrum
filium defuncti Hugonis maioris. Johannem filium defuncte Eremburgis de barra. Guillelmum de
ulmo. Jacobum palmarium. Galterum leborjois. Remigium de atrio. Reginaldum de vanuis.
Guillelmum lebrun. Petrum de yuriaco. Johannem filium eius. Odonem de yuriaco. Flabellum de
novo monasterio. Hubertum de autolio. Petrum furnarium. Robertum tenillart. Robertum
de curia. Agnetem relictam Hugonis de curia. Robertum de Clamart. Thomam filium Roberti
de Guegniaco. Johannem filium bernardi sutoris. Theobaldum filium herberti belin. ymber
tum. Hediliam eius sororem. Henricum de autolio. Gervasium de guegniaco. Galterum filium eius.
Avelinam de guegniaco. Ludovicum furnarium. Radulphum de sancto marcello. Richardum

frigide. Richardum goel. Petrum de bullencort. Petrum de guegniaco. Bernardum hubot.
Johannem fratrem Mabilie de bullencort. Johannem generum eius. Radulphum de bullencort. Famulam
Baldoini clerici. Guiardum. Hugonem de billou. Himbondum fratrem eius. Margaretam filiam
defuncti luce. et eorum heredes propria carne natos et nascituros manumittimus et ab omni iugo
et onere servitutis penitus liberamus. Salvis nobis et ecclesie nostre in predictis villis omnimoda
iustitia. censibus. consuetudinibus. redevanciis. costumis. corveis. tallia quandocumque con-
tigerit fieri per preceptum domini regis. et etiam omnibus aliis que recipere et percipere consuevimus in villis
predictis. Sub tali etiam conditione nostra alia manumisimus eosdem. quod levantes et cubantes
in dicta terra beati germani predictarum villarum quecumque vocati fuerint ex parte abbatis et conventus ecclesie
nostre vel eorum ballivis pro personis et rebus ecclesie nostre. seu iuribus defendendis. seu pro prosecutione
dampnorum. molestiarum illatarum nobis. seu manutenendis venire personaliter tenebuntur. pri-
ma die ad sumptus suos. Ceteris vero diebus dabimus unicuique dictorum hominum vi. denarios.
quousque ex parte ecclesie nostre licentientur. Si vero predicti homines mandato nostro aliquid faciant per
quod in emendam vel excommunicationem incidant vel etiam in carcerem ponantur. nos eos te-
nemur liberare. Sciendum est insuper quod actum est et a dictis hominibus concessum. quod si aliquis eorum
vel eorumdem hominum seu aliquis eorumdem heredum in dicta terra predictarum villarum vel
alibi contraxerint matrimonium cum aliquibus mulieribus servilis conditionis. vel mulieres
dicte terre contraxerint matrimonium in eadem terra vel alibi cum aliquibus hominibus servilis
conditionis. quod [illegible] tam mulieres quam homines de eadem terra predictarum villarum
qui ita sic contraxerint matrimonium sicut predictum est. sint et remaneant perpetuo servi et ancille
ecclesie supradicte. Quod eedem mulieres similiter voluerunt et concesserunt. et tam earum ma-
ritos quam ipsas mulieres. necnon et ipsorum bona arrestare et saisire valeamus libere sicut
antea facere solebamus. Quod ut ratum et firmum permaneat. presentibus litteris sigilla
nostra duximus apponenda. Datum Anno domini M. CC. XL. VII. mense martio. Nos autem
manumissionem predictam et cetera prout superius continentur ad petitionem tam dictorum abbatis
et conventus quam etiam hominum et mulierum prenominatorum. volumus et concedimus. Et ut huic
rei testimonium et munimen. presentem cartam sigilli nostri munimine fecimus roborari.
Actum apud Bornaium Anno domini M. CC. XL. VII. mense martio. rantur.

De manumissione hominum ecclesie nostre in dictis locis. quorum nomina inferius inse-

mars 1247 Universis presentes litteras inspecturis. Th. abbas sancti germani par. Totusque eiusdem ecclesie conventus
humilis eternam in domino salutem. Notum facimus quod nos de communi assensu et voluntate
omnium nostrum Salomonem de Valenton. Hodeardim eius uxorem. Guillelmum bigois. Agnetem
eius sororem. Symonem bigois. Hersendim eius uxorem. Emelinam nigram. Bertrandum nigrum

filiu[m] ei[us]. Hodeardim de vitato sororem eiusdem beraudi. Colinu[m] bigois. Jorettum filiu[m] ei[us]. Johem de fonte de chanauerijs. ysabellim ei[us] uxorem. Guardum de fonte. Emelina[m] ei[us] uxorem. Radulphum de fonte. Rogerum filium herberti. Bernerium mortelariu[m]. Balduinu[m] bigoil. ysabellim ei[us] uxorem. homines eccl[es]ie n[ost]re de corpore. [et] eoru[m] heredes p[ro]pria carne natos [et] nascituros manumittimus [et] ab omni iugo [et] o[mn]i servitutis penit[us] liberam[us]. Si u[er]o d[i]c[t]i homines [et] mulieres vel aliquis eor[um] vel heredum suor[um]. seu aliqui eorunde[m] heredum ubicumq[ue] contraxerint matrimoniu[m] cu[m] aliquib[us] mulierib[us] servilis conditio[n]is. vel mulieres si contraxerint matrimoniu[m] cu[m] aliquib[us] hominib[us] servilis co[n]ditionis. quod nichilominu[s] tam homines [et] mulieres qui [et] que sic contraxerint matrimoniu[m] sicut sup[er]i[us] d[i]c[tu]m e[st]. sint [et] remaneant p[er]petuo servi [et] ancille eccl[es]ie sup[ra]d[i]c[t]e. Quod eedem mulieres voluerunt simul[ite]r [et] concesserunt [et] tam eaz[um] maritos q[ua]m ip[s]as mulieres. necnon [et] ip[s]or[um] bona arestare [et] saisire valeamus. [et] in p[er]sonis [et] bona ip[s]or[um] [et] ip[s]arum omnimoda[m] iusticiam exercere valeamus libere sicut antea facere solebamus. Quod ut ratu[m] p[er]maneat [et] firmu[m]. p[re]sentib[us] litt[er]is sigilla n[ost]ra duximus apponenda. Dat[um] Anno d[omi]ni m°. cc°. xl°. vij°. mense marcio.

De manumissione hominu[m] eccl[es]ie n[ost]re de s[an]c[t]o anthodoro.

Ludouicus d[e]i gr[aci]a francor[um] rex. Notum facim[us] universis p[re]sentib[us] p[ari]t[er] [et] futuris q[uo]d nos litt[er]as dilector[um] n[ost]rorum abb[at]is [et] conventus s[an]c[t]e gen[ovefe] par[isiensis] vidimus in hec verba. Universis p[re]sentes litt[er]as inspecturis. Th. abbas s[an]c[t]e gen[ovefe] par[isiensis]. totusq[ue] eiusdem eccl[es]ie conventus humilis. eternam in d[omi]no salutem. Notum facimus q[uod] nos de co[m]muni assensu [et] vo[lun]tate omnium n[ost]rum homines n[ost]ros de corpore de villa de s[an]c[t]o anthodoro. videlicet Johannem lesor. Hersendim ei[us] uxorem. Guardum g[er]mundi. Hersendim ei[us] uxorem. Henricum fulcheri. Rocelinu[m] galcheri. Eremburgi[m] ei[us] uxorem. Bartholomeu[m] norrois. Mariam ei[us] uxorem. Clementem huberti. Amelina[m] ei[us] uxorem. Hedilia[m] lahuberte. Gaudinu[m] potier. Hersendim ei[us] uxorem. Radulphu[m] fouacier. Mariam ei[us] uxorem. Eremburgim lagauchiere. Johem de argentolio. Maria[m] ei[us] uxorem. Oriendim matrem ei[us]. Maria[m] filiam berte. Richardu[m] cementariu[m]. Hersendim ei[us] uxorem. Marcellum de barra. Lyodim ei[us] uxorem. Richildim de monasterio. yuardum filium eius. Stephanum coinatt. Emelina[m] ei[us] uxorem. Gymbertu[m]. Maria[m] ei[us] sororem. Crispinu[m]. Maria[m] ei[us] uxorem. Johem militem. Roes ei[us] uxorem. Hersendim lachevaliere. Hersendim lahomete. Roes lahomete. Emelina[m] lahomete. Johem potier. Odelina[m] ei[us] uxorem. Guibertum troart. Laurentia[m] eius sororem. Radulphu[m] cementariu[m]. Eremburgim ei[us] uxorem. Henricu[m] poilehastre. Maria[m] ei[us] uxorem.

an 1247 28e xxij

Garnardum. Rocs et uxorem. Thomam magnum. Mariam et uxorem. Richildim lalaurondele. Iam-
bertum militem. Luciam et uxorem. Hersendim de cruce. Guiardum de martrais. Mariam et uxo-
rem. Guiardum portetorem. Ric. pele. Flouam et uxorem. Henricum potier. Gencelinam et uxorem.
Johem goubart. Erembuirgim et uxorem. Ric. gobart. Symonem pollehaste. Johannam eius
uxorem. Richildim relictam hugonis uerrici. Hodiernam relictam gaudini monachi. Symonem
maiorem. Hersendim et uxorem. Henricum lesauuache. Odelinam et uxorem. Gaufridum militem.
Odelinam et uxorem. Guillelmum prepositum. Mariam et uxorem. Philippum goubart. Odelinam eius
uxorem. Ansellam furnariam. Honoratum de martrais. Petronillam et uxorem. Petrum fratrem
Symonis maioris. Mariam laporteiorre. Aaliydim laporteiorre. Bertam laporteiorre. Ma-
riam et sororem. Guillelmum roart. Auburgim laporteiore. Hunodum daniel. Henricum cem-
tarium. Ascelinam et uxorem. Adam textorem. Genouefam et uxorem. Auelinam filiam eius
tui chardepore et eorum heredes ex ipsis carne natos et nascituros manumittimus et ab omni iugo
et onere seruitutis penitus liberamus. Saluis nobis et ecclesie nostre in uilla de stanthodoro supradicta omni-
mode dominio. iusticia. censibus. consuetudinibus. redeuanciis. coustumis. corueis. tallia que
censiuumque fieri consueuit pro exercitu domini regis. et etiam omnibus aliis que tempore et propter
consueuerunt in uilla predicta. Preterea conditum est inter nos et dictos homines et concessum quod
ipsi ad mandatum et requisitionem nostram in auxilium et subsidium ecclesie nostre pro rebus et personis ec-
clesie nostre seu iuribus defendendis. seu pro prosecutione dampnorum molestiarum illatarum nobis
seu manutenendis. ac eorundem hominum et mulierum heredes omni occasione et dilatione
postposita personaliter uenire tenebuntur prima die ad sumptus suos. Ceteris uero diebus dabimus
unicuique dictorum hominum sex denar. par. quilibet extra ecclesie nostre licentientur. Si uero dicti homi-
nes mandato nostro aliquid faciant pro quo in emendam uel excommunicationem incidant. uel in
incarcerem ponantur: nos illos tenemur liberare. Sciendum est insuper quod actum est et a dictis ho-
minibus concessum quod si aliquis eorum uel heredes eorundem hominum seu aliquis eorundem
heredum in dicta uilla uel alibi cum aliquibus mulieribus seruilis conditionis contraxerit matri-
monium. uel mulieres dicte uille contraxerint matrimonium in eadem uilla uel alibi cum aliquibus
hominibus seruilis conditionis. quod nichilominus tam mulieres et homines de eadem
uilla. quam quamcito si contraxerint matrimonium sic predictum est: sint et remaneant pretio serui et ancille
ecclesie supradicte. Quod eedem mulieres similiter uoluerunt et concesserunt. et tam earum maritos
quam ipsas mulieres. necnon et ipsorum bona arrestare et saisire ualeamus. et tam personis et bona ip-
sorum et ipsarum omnem iusticiam exercere ualeamus libere sicut antea facere solebamus. Hec autem
omnia et singula uoluerunt et concesserunt dicti homines pro se et suis heredibus se imperpetu-
um seruaturos et totaliter impleturos. Quod ut ratum permaneat et firmum: presentibus litteris

sigilla nostra duximus apponenda. Datum Anno domini m°. cc°. xl°. vii°. mense marcio. Nos autem
manumissionem predictam totam, prout superius continetur, ad peticionem tam dictorum abbatis et conventus
quam et hominum et mulierum prenominatorum volumus et concedimus. Et in huius rei testimonium et mu
nimen presentem cartam sigilli nostri munimine fecimus confirmari. Actum apud Gisortium
Anno domini m°. cc°. xl°. vii°. mense marcio.

De domo que fuit roberti danyel, Johanni carnifici et Odeline eius uxori ad vi
tam suam tantummodo concessa.

Universis presentes litteras inspecturis Th. abbas sancte Genovefe parisiensis totusque eiusdem ecclesie
conventus humiles eternam in domino salutem. Noverint universi quod nos dedimus et conces mars 1247
simus Johanni carnifici et Odeline eius uxori medietatem domus nostre que quondam fuit defuncti Ro
berti danielis ad vitam suam tantummodo possidendam, sitam in censiva ecclesie nostre,
ante carnificium in cuneo vici per quem itur apud sanctum hilarium, pro sexaginta
et quatuordecim solidis parisiensibus augmentati census et duobus solidis parisiensibus capitalis census, quatuor
terminis parisiensibus consuetis, videlicet in octabis nativitatis beati Johannis baptiste decem et octo
solidos et dimidium parisiensium, et in octabis sancti remigii decem et octo solidos et dimidium parisiensium, et in octabis
nativitatis domini decem et octo solidos et dimidium parisiensium, et in octabis resurrectionis domini
decem et octo solidos et dimidium parisiensium, et in festo sancti remigii supradicto duos solidos parisiensium capitalis census
predictis nobis a dictis Johanne et Odelina eius uxore annis singulis persolvendos. Tali condicione
inter nos et dictos Johannem et Odelinam eius uxorem apposita quod ipsi tenentur ponere in melio
ratione dicte domus decem libras parisiensium infra quatuor annos a festo beati Johannis baptiste nuper
venturo in antea computandos. Ita tamen quod dicti Johannes et Odelina eius uxor dictam do
mum tenebunt in eque bono statu in quo modo est vel erit post melioratonem predictam
a predictis Johanne et Odelina eius uxore in predicta domo infra dictos iiii^{or} annos faciendam.
Debet autem dicta domus et quicquid meliorationis fecerit in eadem ad ecclesiam nostram
sine contradictione aliqua post decessum ipsorum libere devenire, et quod heredes eorum
iure vel alio quocumque modo post decessum ipsorum nichil poterunt reclamare.
Nos autem dictam domum sicut se comportat dictis Johanni et Odeline eius uxori
garentire ad vitam suam tantummodo promittimus et tenemur ad usus et consue
tudines parisienses contra omnes pro censu superius nominato. In cuius rei testimonium
presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum Anno domini m°. cc°.
xl°. Septimo. mense marcio.

concess.

De maioria nostra de Juriaco. henr. laurencii de Juriaco ad vitam suam tantum.

may 1248

Universis presentes litteras inspecturis. Th. abbas sancte gen. par. totusque eiusdem ecclesie con
ventus humilis eternam in domino salutem. Noverit universitas quod nos de communi assensu et volun
tate omnium nostrum dedimus et concessimus henrico laurencii de Juriaco maioriam nostram de
Juriaco tantummodo in vita sua sine omni iure hereditario ita tale facto forefacto per quod eam
amittere debeat possidendam. Ipsa vero decedente ex hac vita maioribus nullus in maioriis
nostris iure hereditario succedere debet. sed eas quibuscumque nobis placuit libere dare possumus.
Idem henricus iuravit coram nobis. quod in ipsa maioria nec ipse nec heredes sui aliquid heredita
rium reclamabunt. et quod fidelis erit abbati et canonicis qui suo tempore erunt et iura ecclesie
nostre pro posse suo servabit et dampna nostra nullatenus sustinebit. et si qua sunt alienata re
vocabit. Hec autem sunt que ad maioriam pertinent. bonagia. districta. investiture. et
quinque solidi de censu nostro in festo sancti remigii. Tenetur autem dictus henricus maior annuatim
nobis reddere quamdiu dictam maioriam tenuerit sexdecim modios vini boni et sufficien
tis de tali vino quale pressorium nostrum eiusdem ville lucrabitur. sine aliqua admixtione
aque. et unum sextarium boni mixtioli. et unam minam ordei infra festum beati remigii.
Ita quod dictus henricus dictum mixtiolum et ordeum adducet parisius sumptibus suis propriis ad ecclesiam
nostram. et nos dictum vinum adduci faciemus in quadrigis nostris. quam idem henricus hoc nobis sig
nificabit. Tenetur preterea idem henricus querere suis sumptibus propriis totum minutum merre
num ad opus pressorii supradicti quod necesse fuerit. et nos totum grossum debemus querere et ad
locum dicti pressorii sumptibus nostris adducere. Et de hiis omnibus et singulis tenendis. com
plendis et fideliter observandis. Idem henricus fidem in manu officialis curie par. prestitit cor
poralem. Insuper de hiis omnibus ut dictum est observandis. tenendis et complendis. Garner
hermanni. Clemens roussellu. Johannes guerrini et Reginaldus carpentarii de Juriaco

Clemens Laurenti. Ph. de pp hellari.

quilibet eorum in solidum et per fidem coram officiali supradicto se plegios constituerunt. Quod
ut ratum et inconcussum permaneat. presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum
anno domini m. cc. xl. viii. mense maio.

Item de eadem maioria.

may 1248

Universis presentes litteras inspecturis. officialis Curie par. salutem in domino. Noveritis quod in
nostra presentia constitutus henricus Laurencii de Juriaco Recognovit quod viri religiosi ab
bas et conventus sancte Gen. par. dederant et concesserant eidem quoad vitam ipsius henrici
tantummodo omni hereditaria eiusdem successione aut posteritate exclusa maioriam ipsorum
abbatis et conventus de Juriaco. habendam et tenendam ab eodem henrico in vita comite.
nisi tale quid commiserit quod eandem maioriam debeat amittere. sub huius conventionibus.
quod idem henricus tenetur annuatim reddere quamdiu dictam maioriam tenuerit ipsis abbati

et Conventui sexdecim modios vini boni et sufficientis. de tali vino quale pressorium eorum eiusdem ville
laborabit sine aliqua admixtione aque. et unum sextarium boni nyctioli. et unam minam ordei infra
festum beati remigii. Ita quod idem henr. dictum nyctiolum et ordeum adducet propriis sumptibus suis
parisius ad ecclesiam sancte gen. et dicti abbas et Conventus dictum vinum adduci facient in quadrigis sa
cri. quod idem henr. hoc eis significaverit ut dicebat dictus henr. Tenetur et idem henr. sicut
confessus est coram nobis querere suis sumptibus propriis totum minutum meremium ad opus pressorii
eius supradicti quod necesse fuerit et dicti abbas et Conventus totum grossum ut dicebat idem henr.
Hec autem sunt que ad dictam maioriam pertinent ut dicebat idem henr. videlicet. bonagia
districta. investiture. et quinque solidi de censu ipsorum ut dicitur in festo beati remigii percipiendi ab
eodem quamdiu dictam maioriam tenuit ut asseruit annuatim. Promisit etiam idem henr. quod fi
delitatem exhibebit et faciet abbati et canonicis sancte gen. qui tempore suo erunt. et iura ecclesie
sancte gen. predicte pro posse suo servabit. et dampna eiusdem ecclesie nullatenus sustinebit. et
si qua sunt alienata revocabit. volens et concedens ut post decessum eius dicta maioria ad dic
tam ecclesiam penitus revertatur heredibus aut posteritati sue nichil retinentis in eadem. Et de
hiis omnibus et singulis tenendis complendis et observandis. idem henr. fidem in manu
nostra prestitit corporalem. Insuper de hiis omnibus ut dictum est observandis tenendis et com
plendis. Garnerus hermanni. Clemens laurentii. philippus hellgini. Clemens Rous
selle. Johannes guerrini. et Reginaldus carpentarius. quilibet eorum in solidum ipsi
dem se constituerunt plegios coram nobis. Quod autem vidimus hoc testamur. salvo iure
cuiuslibet. Datum Anno domini M. CC. XL. viii. mense Maio.

Continuamodo concessa

De maioria nostra de flanthodoro. Symoni filio defuncti theobaldi ad vitam suam

Universis presentes litteras inspecturis. Th. Abbas sancte gen. par. Totusque eiusdem ecclesie Conven may 1248
tus humiliter eternam in domino salutem. Noverit universitas vestra quod nos de communi assensu et voluntate
omnium nostrum dedimus et concessimus Symoni quondam filio defuncti Theobaldi maioris nostri de flan
thodoro maioriam nostram de flanthodoro sine omni iure hereditario ad vitam suam
tantummodo nisi tale fecerit forefactum pro quo eam amittere debeat. possidendam. Quia vero decede
ntibus maioribus nullus in maioriis nostris iure hereditario succedere debet. idem Symon iura
vit coram nobis. quod in dicta maioria per se vel per heredes suos nichil hereditarium recla
mabit. et quod fidelis erit abbati et canonicis ecclesie nostre qui pro tempore suo erunt et quod iura ec
clesie nostre pro posse suo servabit et dampna nostra nullatenus sustinebit. Hec autem sunt que
ad dictam maioriam pertinent. Tercia pars tractus decime de flanthodoro. duo sextaria
bladi. videlicet unum siliginis. et aliud ordei. que annuatim percipere debet in granchia

nostra de Flanthodoro pro decima et campipte terre quas habemus in territorio de Flanthodoro ab ipso annuatim querendis et assignandis nobis seu illi vel illis cui vel quibus eas vendiderimus seu ad amodiationem tradiderimus. Quinque solidi par. de censu nostro annuatim ab ipso percipiendi in octabis sancti Dyonisii. Quinque solidi par. in tallia domini regis pro ipsa querenda similiter percipiendi ab ipso quotiens contigerit ipsam fieri per preceptum domini regis. Districta et bonagia in terra que vocatur de atrio. Et de hiis omnibus tenendis et fideliter observandis dictus Symo fidem in manu officialis par. prestitit corporalem. In quorum omnium testimonium et munimen presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum Anno domini M° CC° XL° VIII°, mense Maio.

Item de eadem maioria.

may 1248 Omnibus presentes litteras inspecturis, Officialis Curie par. salutem in domino. Notum facimus quod in nostra presentia constitutus Symon quondam filius defuncti Theobaldi maioris ecclesie sancte Genovefe par. de Flanthodoro ut dicit recognovit et confessus fuit coram nobis quod abbas et conventus sancte Genovefe par. de monte dederunt et concesserunt eidem Symoni maioriam suam quam ipsi habent apud Flanthodorum ut dicebat ad vitam suam solummodo possidendam, nisi tale quid fecerit propter quod eam amittere debeat. Ita quod post decessum dicti Symonis dicta maioria ad dictos abbatem et conventum libere et sine conditione aliqua revertetur, nec heredes dicti Symonis post decessum suum in dicta maioria iure hereditario vel alio quoquo modo in nichil poterunt reclamare. Promisit etiam idem Symon quod fidelis erit abbati et canonicis sancte Genovefe qui pro tempore fuerint, et iura ipsius ecclesie pro posse suo servabit, nec ipsi ecclesie dampna aliquatenus sustinebit. Hec autem sunt que ad dictam maioriam pertinent ut dicebat idem Symon. Tercia pars tractus decime de Flanthodoro. Duo sextaria bladi, videlicet unum siliginis et aliud ordei, que annuatim percipere debet in grangia de Nanthodoro pro decima et campiparte ipsorum abbatis et conventus quas habent dicti abbas et conventus in territorio de Flanthodoro ab ipso annuatim querendis et assignandis ipsis abbati et conventui seu illi vel illis cui vel quibus dicti abbas et conventus eas vendiderint seu ad amodiationem tradiderint. Quinque solidi par. de censu ipsorum abbatis et conventus annuatim ab ipso percipiendi in octabis sancti Dyonisii. Quinque solidi par. in tallia domini regis pro ipsa querenda similiter percipiendi ab ipso quotiens contigerit ipsam fieri per preceptum domini regis. Districta et banagia in terra que vocatur de atrio, ut premissa idem Symon coram nobis firmiter asserebat. Et de hiis omnibus tenendis et fideliter observandis dictus Symon fidem in manu nostra prestitit corporalem. Datum Anno domini M° CC° XL° VIII°, mense Maio.

Ludovicus etc. Notum etc. De concessione quam fecit dominus rex Petro tristran.

quod nos volumus et concedimus quod Petrus tristrans cambellanus noster et heredes sui imperpetuum teneant de nobis et heredibus nostris imperpetuum in feodum et homagium ligium domum suam de Paciaco et domum suam de Adon et quicquid idem P. fecit essartari in boscis quos tenet in censiva abbatis et conventus sancte Genovefe Par. et de censiva abbatisse et conventus sancte Marie Suess. Preterea volumus quod idem P. habeat haiam quam possidet inter Ferritatem Milonis et domum suam de Paciaco, videlicet usque ad septuaginta arpenta nemoris, videlicet id quod habebamus, et nemus illud quod habet prope domum suam desuper Adon, videlicet usque ad centum et triginta et unum arpenta, similiter id quod ibi habebamus. Tali modo quod Petrus predictus et heredes sui de nemoribus predictis suam poterunt facere voluntatem. Ita tamen quod in boscis predictis non poterunt capere cervum vel cervam vel porcos. Concedimus etiam quod habeat vivarium suum de Javages cum pratis et molendino. Ita siquidem quod nec ipse nec heredes sui poterunt recipere aliquem de banariis nostris. Omnia vero nemora que idem P. tenebat inter aquam Urci et aquam Sanar. nobis et heredibus nostris remanebunt. Tali siquidem modo quod quando ibi vendemus idem P. quindenum vel abbatissa beate Suess. ut rex habebit in illis boscis omne illud quod predicta abbatissa debet habere in eisdem. Preterea nemus Grandiscampi nobis et heredibus nostris retinemus. Ita quod P. et heredes sui id tantum habebunt in eo quod habent illi quorum est in eodem nemore fundus terre, salvo tamen eidem P. et heredibus suis calfagio de eodem nemore ad opus domus sue de Grandicampo quamdiu nemus videlicet tale erit et in tali statu quod calfagium possit et debeat ibi capi. Quod ut perpetue firmitatis robur obtineat, salvis censivis dictorum abbatis et abbatisse et aliorum dominorum, confirmamus. Actum etc.

De possessionibus pro quibus Petrus tristan tenetur ecclesie beate Genovefe singulis annis censum annuum reddere.

Numerus arpentorum terre, nemoris et prati et aliarum possessionum pro quibus dominus Petrus tristan tenetur reddere ecclesie beate Genovefe Par. singulis annis in festo sancti Remigii decem et septem libras par. et octo sol., videlicet pro castello suo xxx. sol. par. Item de ducentis arpentis terre mensuratis tempore fratris Stephani quondam prioris de Marsiaco sex lib. par., videlicet pro quolibet arpento vi. d. par. Item de ducentis et quadraginta et octo arpentis mensuratis tempore fratris Rogeri

Ste Genev. Jans latte mari...
anno 1223 Ludovicus 8us
mari...
Jans latte

sex libras et quatuor sol. par. eodem precio. Item de sexaginta et decem arpentis in nemore super sextum vedastum triginta et quinque sol. par. Item de terris ultimo emptis et inclusis triginta et octo sol. par. Item pro prato bivardi decani de molen[illegible] comitali. et de prato joceti . bouli . de molendino de insula . et pro prato Ra[-]
ardi le toc . xx. d. nigrorum . qui valent . xij . d . par. De perdonatione abbatis Cluniacensis de injuriis et illatis a fratribus sancte Genovefe.

aoust 1244 Blancha dei gratia francorum Regina. universis ad quos presentes littere pervenerint salutem. Noverint quod cum contentio esset inter Religiosos viros . Abbatem Cluniacensem ex una parte . et abbatem et conventum sancte genovefe par. ex altera super quadam domo sita in censiva dictorum abbatis et conventus sancte genovefe quam magister petrus de sancto ypolito emerat ab archidiacono carnotensi fratribus prioris sancti martini de campis parisiensis et super pensionibus temporis preteriti ac injuriis illatis predicto Abbati Cluniacensi ut dicebat et fratribus suis ab abbate et conventu supradictis . Nos tandem abbatem Cluniacensem rogavimus ut dictas injurias et pensiones eisdem abbati et conventui sancte genovefe remitteret ac domum predictam cum pertinentiis suis ab ipsis reciperet tali modo quod eam infra annum et diem extra manum suam nomine venditionis poneret . et quod in manu mortua remanere non posset . Idem vero abbas Cluniacensis nostris precibus inclinatus omnes injurias . pensiones . et etiam dampna omnia que propter hoc se sustinuisse dicebat eisdem . abbati et conventui remisit libaliter et libenter. ac domum predictam cum pertinentiis suis a dictis abbate et conventu sancte Genovefe modo supradicto recepit . asserens se nolle quod super hiis de cetero aliqua questio moveretur. Promisit etiam se paraturum quod conventus suus Cluniacensis litteras suas dabit eisdem de ratihabitione predictorum . Nos vero in testimonium premissorum ad petitionem partium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Actum apud [illegible]
Anno domini . m. cc. xl iiij. mense augusti. Item de eodem.

aoust 1249 Universis presentes litteras inspecturis . frater Guillelmus miseratione divina . humilis abbas Cluniacensis Salutem in domino. Noverit universitas vestra quod cum contentio esset inter nos ex una parte et religiosos viros . abbatem et conventum sancte Genovefe par. ex altera super quadam domo in eorum censiva sita . quam magister petrus de sancto ypolito emerat ab archidiacono Carnotensi fratribus prioris sancti martini de campis par. et domina Regina francorum Nos rogavit ut dampna et injurias que dicti abbas et conventus nobis et fratribus nostris intulerant remitteremus et domum reciperemus ab abbate et conventu supradictis tali modo quod eam infra annum et diem extra manum nostram nomine venditionis poneremus . et sic quod ipsa domus non remaneat in manu mortua. Nos ad preces domine Regine domum predictam cum pertinentiis suis modo supradicto recepimus et dampna et pensiones temporis preteriti . et omnes injurias ipsis remisimus libaliter et libenter. Volentes quod super hiis de cetero aliqua questio moveatur. dabimus ipsis preterea litteras conventus nostri de ratihabitione predictorum . In cuius rei testimonium presentibus litteris Sigillum nostrum duximus apponendum. Actum apud pontisaram. Anno domini . m. cc. xl. ix. mense augusti.

Litt̃e dñi Guidonis Lupi sup vendicõne t̃re de Roissiaco.

Universis p̃sentes litteras inspecturis. Officialis Curie parisieñ in dño Juillet 1249
salutẽ. Noverint universi qđ dñs Guido dict᷒ lup᷒ miles in nr̃a p̃e-
sentia ɔstitut᷒ vendidit Religiosis viris .. Abbi et conventui scẽ Geno-
vefe parisieñ in monte ĩpp̃etuũ p sexties viginti libris et Quadraginta
solidis par̃ iam s̃ solutis sicut ip̃e miles confessus ẽ coram nobis. Renun-
tians actõni et exceptõni n̄ numerate pecunie n̄ tradite n̄ solute Quinde-
cim arpenta terre arrabilis sita in territorio de Roissiaco in censiva eiusđ
dñi Guidonis onerata tm̃m ut dicebat de Triginta denar᷒ parisieñ capi-
talis Census videlicet p quolibet Arpento duob; denar᷒ reddendis eidem
dño Guidoni vel eius certo nũtio sine emenda singulis annis in festo
sc̃i Remigij Annuatim ab eccl̃ia sc̃e Genovefe in domo p̃bri de Roissi-
aco cũ ab ip̃o dño Guidone fuerint requisita libera et quita ab omni rele-
vamento redibitõne. exactõne ɔsuetudine. Alia et costuma. P̃misit aut̃
idem dñs Guido fide in manu nr̃a prestita corp̃ali qđ cont̃ vendicõnem
istam p se vel p alium non veniet in futurum. et qđ nichil iuris dñij
iurisdicõnis sive iusticie in eisdem Quindecim Arpentis terre sive ratõne
eorum preter dictum censum solum̃m libere et quite ut dictum ẽ soluen-
dũ p se vel p alium de cetero reclamabit. et qđ eandem vendicõnem dc̃e
eccl̃ie garentizabit et liberabit sub censu p̃dicto p̃petuo in manu mor-
tua sine coactõne vendendi seu ext̃ manũ mortuam ponendi ad usus
et consuetudines francie penit᷒ cont̃ omnes. P̃misit etiam idẽ Guido
sub prestita fide qđ si in dicta garendia facienda modo p̃dicto vel in

aliquo alio premissorum deficeret aut contravenirent per se vel per alium ipse redderet
et resarciret eisdem Abbati et Conventui omne interesse ipsorum dampna de-
perdita et expensas que vel quas procuratori ipsorum abbatis et conventus simpli-
ci iuramento ipsius procuratoris tantummodo absque probatione alia declararet.
Insuper idem Guido pro garandia ut dictum est ferenda et pro premissis omnibus
aliis tenendis et per integrum adimplendis omnia bona sua mobilia et im-
mobilia que habet et habiturus est ubicumque sint et fuerint generaliter
et specialiter pignoris et ypothece titulo necnon et heredes suos et successores
quoslibet coram nobis spontanea voluntate dictis abbati et Conventui et
eorum ecclesie perpetuo sub fide prestita obligavit et obligata atque obligatos re-
liquit. Preterea de recta garendia ut dictum est ferenda et de omnibus aliis
et singulis supradictis tenendis et adimplendis integre et specialiter de predictis
interesse dampnis de perditis et expensis eisdem abbati et conventui resarci-
endis et declarandis ut dictum est si idem Guido vel eius heredes de pre-
missis vel aliquo premissorum deficerent dominus Galterus dictus harenc. Dominus
petrus de Cellis. Dominus Johannes Scubaut de Ceurano milites et Johannes de ver-
saliis armiger quilibet in solidum et per fidem se constituerunt plegios co-
ram nobis. Ita quod dictus Guido et plegii supradicti si idem Guido deficeret
in premissis vel aliquo premissorum tenebunt parisius prisionem ut milites in
propriis personis infra muros Civitatis parisiensis quilibet in solidum infra octo
dies postquam ex parte dictorum Abbatis et conventus vel eorum nuntii fuerint super
hoc fuerint requisiti. non egressuri de Civitate Parisiensi quin eadem nocte
redeant ad Civitatem eamdem donec eisdem abbati et Conventui de omnibus

inmerit dampnis de pdictis. & expensis ut dictum est declarandis erit integre
satisfactum. Renuntiaverunt insup tam dictus Guido venditor quam ple-
gii supdci omnibus pvilegiis seu indulgentiis designatis & designandis
indultis a dño ppa seu a dño legato vel ab aliquo alio & omnibus aliis q̃ s
possent in hoc facto pdesse & dictis abbi. & Conventui vel eorum ecce in a
liquo nocere. & omni exceptioni tam iuris quam facti coherenti rei vel psone
omni iuris auxilio canonici & civilis epistle divi adriani bñficio divisionis &
omnibus aliis que contra psens possent obici instrumentum. Et quantum ad p̃-
missa omnes pdicte psone se iurisdictioni par. Cur. subiecerunt ut in ipos
possint animadvertere ubicumque se duxerint transferendos. Datum & actum
ad petitionem pdictarum psonarum anno Dñi. M°. Ducentesimo. Quadra-
gesimo. Nono. mense Julio. Litte Guid' lupi sup. xx. libr.
par. pene si venditio fiat ap' Roissiacum retrahere.

Universis psentes litteras inspecturis. Officialis Cur. Par. salutem in Dño. No- Juillet 1249
tum facimus quod in nra psentia constitutus dñs Guido dictus lupus miles p̃-
misit fide data in manu nra quod solvet Abbi & conventui be Genovefe
par. in monte viginti libr. Turonen. noie pene si venditio Quindecim ar-
pentorum terre site in territorio de Roissiaco q vendidisse se dicat eisdem ab-
bati & Conventui retracta fuit post mensem a festo translationis sci bene-
dicti qd fuit Anno dñi. M°. CC°. XL nono die dñica ante festum sci ar-
nulphi computandum. Ita tamen quod si dicta venditio infra dcm mensem ret-
heretur ad solutionem pene minime teneatur. De qua pena si committatur
reddenda dm. Galterus dcus barauc. Petrus de Cellis. Johes cubaut

de Ceudimo militis . et Johes de Versaliis armiger coram nobis constituti se constituerunt plegios quilibet in solidum et per fidem in manu nostra prestitam super premissis et pro predictis omnibus tenendis firmiter ad hoc se specialiter supponentes. Datum anno domini m°. cc°. Quadragesimo nono . mense Julio.

Hec sunt littere super campi parte terre et dimidio apud Roissiacum quas acquisivimus a domino Guidone dicto lupo milite de Roissiaco.

mai 1249
Omnibus presentes litteras inspecturis . Officialis archidiaconi parisiensis salutem in domino. Notum facimus quod coram nobis constitutus dominus Guido dictus lupus miles recognovit se dedisse et concessisse Religiosis viris Abbati et conventui sancte Genovefe parisiensis in montem ob remedio anime sue imperpetuum Campi partem quam habebat dicebat in tribus arpentis terre et dimidio sitis apud Roissiacum. promittens fide data quod contra donationem et concessionem istas per se vel per alios non veniet in futurum. Datum anno domini m°. cc°. XL nono . mense marcio die sabbati ante Ramos palmarum.

Juin 1250
Littere domini Johis de Gargiis militis super decima de Roissiaco.

Universis presentes litteras inspecturis . Officialis Curie parisiensis salutem in domino. Notum facimus quod Johes de Gargiis miles et sedilia eius uxor in nostra presentia constituti vendiderunt in manu mortua quitam ad eos pertinet et quitaverunt religiosis viris . Abbati et Conventui sancte Genovefe parisiensis Sextam partem excepto quinto quod est ut dicebant religiosorum ipsorum et omnem portionem ac omne ius contingentia dictam sedilia viri hereditario sive alio quocumque modo in maiori decima de Roissiaco pro precio ducentarum et sexaginta librarum parisiensium iam dictis venditoribus solutarum ut confessi sunt coram nobis renuntiantes

tes exceptioni non numerate pecunie non tradite non solute. Promiserunt itaque fide
data dicti Johes et Sedilia uxor sua spontanea non coacta quod contra istam vendicio-
nem per se vel per alium non venient in futurum. Immo eamdem garentizabunt.
liberabunt et defendent in iudicio et extra iudicium prefatis religiosis in manu
mortua quantum ad ipsos venditores pertinet ad usus et consuetudines franc. contra
omnes. necnon et quod procurabunt et efficient pro toto posse suo quod omnes consanguinei
dicte Sedylie usque ad sedm gradum laudabunt. Acceptabunt et quitabunt fide me-
dia coram nobis infra instantem festivitatem beate marie vendicionem presentem.
Alioquin si non potuerint ipsos ad hoc inducere. et dicta vendicio ex tunc in an-
tea retracta fuerit iure proximitatis iidem venditores solvent dictis religio-
sis quinquaginta libras Turonensium. nomine pene cum omnibus rectis costamentis. misijs et in-
teresse predictis. Et si infra dictum festum retracta fuit non tenebuntur iidem vendi-
tores ad solucionem pene predicte. De predicta autem garantia ferenda et pena si commit-
tatur solvenda cum costamentis. misijs et interesse predictis dominus henricus Basterh. Petrus
mauuoisin. mathis de logijs. Hugo de Bruerijs et petrus de gargijs milites co-
ram nobis se constituerunt plegios et principales debitores. videlicet de garantia
plegios et de pena ac costamentis misijs et interesse debitores principales. quilibet in
solidum et per fidem. Ad hec autem Guillermus dictus lupus armiger primus dominus feudi dicte
decime ratione domicelle Agnetis dicte de Carnoto uxoris sue de cuius feudo dicta
decima movet primo loco. ut dicebant iidem Guillelmus et agnes coram nobis. Ac
dominus Guido de Jaagniaco miles secundus dominus dicti feudi a quo iidem Guillelmus et eius
uxor tenebant ut dicebat coram nobis vendicionem istam in manu mortua
factam voluerunt. laudaverunt. acceptaverunt. et quitaverunt. fide imposita

corporali. nichil iuris in eadem decima uendita retinentes sibi uel heredibus suis.
Promittentes sub prestita fide quod contra uenditionem eandem per se uel per alium non
venient in futurum. Immo eam garantizabunt et liberabunt dictis religiosis in
manu mortua sine condicione uendendi. aut extra manum suam ponendi ad usus
et consuetudines francie. videlicet dicti Guillelmus et agnes uxor eius ut primus
dominus contra quemlibet se gereret. diceret. uel faceret primum dominum. dictus uero
Guido contra quemlibet qui se gereret. diceret. uel faceret secundum dominum feudi pre-
notati. De quibus adimplendis ex parte dictorum Guilli. agnetis et guidonis ac pro ipsis
se constituerunt plegios dominus phylippus de Ilorian miles. Nicholaus Ceuraut. et pe-
trus del Essart armigeri pro ipsis Guillelmo et eius uxore. et dictus dominus petrus mauno-
rii. et dominus Petrus del Essart milites coram nobis quilibet in solidum et per fidem
ad usus et consuetudines supradictas. Preterea nobilis mulier domina Aalesia uxor
ipsius Guidonis. necnon et adam armiger frater eiusdem Agnetis coram nobis
voluerunt. laudauerunt. et acceptauerunt omnia et singula suprascripta qui-
tantes fide interposita spontanei non coacti quicquid ipsis competebat et com-
petere poterat iure hereditario. ratione dotalicii. seu feudi. seu retrofeudi. seu a-
lio quoquo iure in decima uendita prenotata. Et quia dictus adam prima fa-
cie uidebatur non compleuisse uicesimum quintum annum. certioratus fuit pri-
mitus a nobis quod si hec promitteret per fidem suam: non audiretur in posterum si
quocumque modo contrauenire attemptaret. Actum anno domini. M°. CC°. Quin-
quagesimo. Mense Junio.

Littere de laudatione et ratihabitione draconis de monte hermolio militis super vendi-
tione facta a Johanne de Gaugis militis et Sibilie eius uxoris tenenda in manu mortua.

Universis presentes litteras inspecturis. Officialis curie parisiensis salutem in domino. Notum facimus quod in nostra presentia constitutus. Dominus Droco de monte firmolii miles asseruit quod Johannes de Gargiis miles et Sedilia eius uxor vendiderant in manu mortua Religiosis viris. Abbati et conventui sancte genovefe parisiensis sextam partem excepto quinto quod est ut dicebat dictorum religiosorum. et omnem portionem ac omne ius contingentia dictam Sediliam iure hereditario sive alio quocumque modo in maiori decima de Roissiaco: quam venditionem idem dominus Droco coram nobis voluit. laudavit. et acceptavit. et quitavit dictis abbati et conventui in manu mortua coram nobis in perpetuum. quicquid iuris habebat uel habere poterat in predictis rebus venditis. et promisit idem Droco fide in manu nostra prestita corporali quod contra premissa per se uel per alium non veniet in futurum. et quod in dictis rebus venditis nichil iuris decetero reclamabit. In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus Roborari. Datum Anno Domini. M°. CC°. Quinquagesimo. mense augusti. aoust 1250

Roissiaco

de laudatione domine genovefe uxoris domini henrici de Iabanniaco super decima de

Viro venerabili et discreto .. Officiali curie parisiensis. H. presbiter de Jaguiaco Salutem et obedientiam tam debitam quam devotam. Noverit discretio vestra quod nos secundum tenorem mandati vestri personaliter accessimus ad dominam Genovefam uxorem domini henrici de Iabaniaco militis. et inquisivimus ab ea utrum vellet quitare quicquid iuris habebat uel habere poterat iure hereditario ratione dotalicii. vel alio modo in omnibus et singulis hiis que religiosi viri abbas et conventus sancte genovefe parisiensis habent tam a domino Johanne de gargiis milite et eius uxore. quam ab aliis quibuscumque emerunt et adquisierunt quocumque modo in decima de Roissiaco Septembre 1250

& si uellet quitare in manu mortua. & dca genouefa omia supius expssa q̄tauit penit⁹ & expresse in manu mortua. fide in manu nr̄a pstita corpali qd̄ cont̄ pmissa p se uel p alium n̄ veniet in futurū. & hoc vob̄ tenore presencium signam⁹. Dat̄ anno dn̄i. m̄. cc̄. Quīgesimo. Die veneris p⁹ festū mathei apli.

Litt̄e dn̄i henrici sup. de Iohanniaco sup venditiōe de Rossiaco.

Universis presentes litteras inspecturis, Officialis curie parisiensis salutem in domino. Notum facimus quod in nostra presentia constitutus magister Stephanus persona de Viletin, asseruit quod ipse et abbas et conventus sancte Genovefe in monte parisiensi composuerunt in hunc modum super provisione quam petebat idem magister Stephanus in monasterio eorumdem auctoritate quarumdam litterarum a domino papa impetratarum ab eodem in hunc modum: videlicet quod idem magister habebit et percipiet in dicto monasterio annuatim quamdiu vixerit quadraginta solidos parisienses in octabis pasche, ut dicebat idem magister. Pro quibus xl. solidis annuatim in posterum persolvendis, ut asseruit idem magister coram nobis quittavit eosdem abbatem et conventum de omnibus hiis que petebat ab eisdem vel posset petere auctoritate predictarum litterarum ratione provisionis sibi faciende in monasterio supradicto. Renuntians omnibus litteris impetratis et impetrandis tam contra ipsos abbatem et conventum quam contra alios ecclesie sancte Genovefe predicte super aliqua provisione sibi in posterum facienda. Salvis tamen sibi xl. solidis supradictis et litteris eidem magistro competentibus contra ipsos quantum ad xl. solidos supradictos. Datum anno domini m°. cc°. xl. viii°. die lune post Letare Jerusalem. Littere Blanche regine ... nepotis sui.

1248 Renonciation ... Cession faite par Etienne personne de Villetin d'une pension de 40 sols parisis qu'il avoit obtenue du pape sur l'abbaye de Ste Geneviève.

4 liv.

Janvier 1250

Rente u argent
Pension

Renontiation par Blanche femme convertie tant pour elle que pour ses neveux [illegible] [illegible] [illegible] par les quels elle promet faire Ratifier a leur majorité, tous les [illegible] [illegible] a la [illegible] [illegible] Rentes, [illegible] qui leur avoit accordés par autorité apostolique [illegible] de 15 [illegible] sur l'Abbaye de Ste Geneviève

✝ Vniuersis presentes litteras inspecturis . Officialis archidiaconi parisiensis salutem in domino. Noueritis
quod in nostra presentia constituta blanchia mulier conuersa ad fidem catholicam
a iudaica cecitate: confessa est et recognouit quod cum officialis parisiensis subdelegatus a vene-
rabili patre archiepiscopo Rothomagensi vnico executore super prouisione ipsius alfonsi
et Richardi nepotum suorum minorum etate quos habet in tutela sua de man-
dato domine Regine sicut dicit auctoritate apostolica iniunxisset precepisset et
imposuisset abbati et Conuentui sancte Genouefe parisiensis in monte ut predictis conuersis
prouiderent in Centum solidis parisiensium quos annuatim debent abbas
et conuentus plene et libere eisdem blanchie alfonso et Richardo etate mino-
ribus satisfacerent de tota prouisione pro toto tempore uite sue preterito et futuro.
Renuntiando pro se et nepotibus suis exceptioni non numerate pecunie et
spei future numerationis et omni iuri et actioni ordinario et extraordinario
canonico et ciuili quod et que competebat seu etiam competere poterat
eidem et dictis nepotibus contra dictos .. abbatem et Conuentum quoquo modo
et specialiter auctoritate litterarum apostolicarum cedens spontanea uoluntate
tam pro se quam pro suis nepotibus questioni predicte et quittans pro se et pro
suis nepotibus predictos abbatem et conuentum in omnibus et singulis supradictis
fide in manu nostra prestita corporali quod obseruabit et obseruari faciet pro-
missa omnia et singula et quod nullo modo contrauenient in futurum.
et quod de cetero occasione dicte prouisionis uel alterius cuiuscumque per se uel
per alios communiter uel singulariter nullatenus de cetero molestabit or-
dinarie uel extraordinarie directe uel per officium iudicis uel alio quo-
cumque modo predictum monasterium dictum. B. sub obligatione omnium bonorum
suorum mobilium et immobilium presentium et futurorum habitorum et habendorum

qd quam cito dicti nepotes sui ad etatem legitimam pervenerint qd faciet et procurabit erga ipsos qd premissa omnia acceptabunt vellent pariter et concedent. et fidem dabunt qd per se vel per alios nunquam contravenient in futurum. Qd si facere forte recusarent omnia bona dicte blanche mobilia et inmobilia presencia et futura habita et habenda ubicumque certe inventa dictis abbati et conventui remanerent obligata. quousque sibi de dampnis deperditis et constamentis que dictos .. abbatem et conventum facere contingeret: esset plenarie satisfactum. super eisdem simplici verbo unius canonici sine alia probatione credendo. Renuncians quantum ad hoc omnibus privilegiis seu etiam litteris tam a sede apostolica quam a domino Rege concessis indultis spontanea non coacta et omnibus aliis privilegiis seu litteris que sibi in hoc facto possent prodesse. et dictis .. abbati et conventui nocere. et de hiis omnibus tenendum et fideliter adimplendum. et de non veniendo contra aliquo de causa dicta .B. fidem in manu nostra prestitit corporalem. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum curie dicti domini archidiaconi fecimus apponi. Datum anno domini. m°. cc°. Quinquagesimo. mense Januario..

Littere super quitatione Jacobine converse.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Succentor. magister Johes niger. et Odo de Garlandia.. Canonici parisienses.. in domino salutem. Noverint universi qd cum Jacobina mulier de Judaismo ad fidem catholicam conversa ad nos litteras apostolicas impetrasset qd nos viros Religiosos.. abbatem et Conventum sancte Genovefe parisiensis compelleremus ad solvendum sex libras parisienses quamdiu viveret annue pensionis: tandem inter dictam Jacobinam et eius maritum Symonem ex una parte et dictos.. abbatem et Conventum ex altera: talis compositio intercessit. qd dicti abbas et Conventus dicte Jacobine solvere tenebuntur

octobre) 1230
Pension viagère

singulis annis quamdiu vixerit quinquaginta sol. par. annue pensionis hiis terminis. In festo omnium sanctorum .xxv. s. et infra octab. resurrectionis dominice alios .xxv. Dicta vero Jacobina et eius maritus renuntiaverunt expresse litteris apostolicis impetratis contra dictos abbatem et conventum juramento interposito, promittentes quod super provisione sua ecclesiam sancte Genovefe de cetero nullatenus molestabunt nec aliquas litteras contra ecclesiam predictam impetrabunt. Quinimmo si dominus papa huiusmodi juramentum ipsis relaxaret: quod relaxationem predictam non recipient, nec aliqua gratia venient contra ecclesiam supradictam si dominus papa motu proprio vel alio modo ipsis faceret in futurum. Sublata vero de medio Jacobina predicta, ecclesia ab huiusmodi pensione erit libera et immunis, nec maritus ipsius vel liberi ab ipsa suscepti aliquid contra dictam ecclesiam poterunt reclamare. Datum anno domini M. CC. XXX. mense Octobri.

Littere super recognitione manumortue Emeline de Cantu lupi.

avril 1259 1257 — de ... main morte — Reconnaissance par Emeline et son mari leur main morte de Ste Geneviève

Omnibus presentes litteras inspecturis Officialis archidiaconi Parisiensis salutem in domino. Notum facimus quod coram nobis constituta Emelina filia Petronille la Betonne de Cantulupi recognovit quod ipsa et mater eius sunt femine de corpore ecclesie beate Genovefe in monte Parisiensi. Et promisit dicta Emelina fide prestita corporali quod in ultima voluntate sive in lecto egritudinis nichil de bonis suis mobilibus vel immobilibus alienabit. Cum ecclesia beate Genovefe possit habere portionem suam sicut consuevit habere de hominibus et feminabus explectis: hoc salvo quod ipsa poterit facere in ultima voluntate sua legatum sicut homines dicte ecclesie facere consueverunt. Et si ita contigerit quod homines de Cantulupi et de Jansigniaco requirerent manumissionem suam ab abbate sancte Genovefe vel etiam homines istius ville, liceret ei habere manumissionem suam cum aliis istis litteris non obstantibus. Petrus vero de Marisiaco clericus procurator generalis abbatis et conventus sancte Genovefe

percipere: asseruit et recognovit coram nobis quod dicti abbas et conventus quitaverant
dictam Emelinam de omnibus arreragiis et de omnibus hiis que possent petere .. a dicta
Emelina ratione defuncti Petri burleri. Quandam masuram ut dicitur Emeline supradicte.
In cuius rei testimonium presentes litteras ad petitionem dicte Emeline et dicti procuratoris si-
gillo nostro duximus sigillandas. Actum anno domini M. CC. quinquagesimo. vii.
mense aprili. Littere Symonis presbiteri de autolio.

Omnibus presentes litteras inspecturis .. Officialis archidiaconi parisiensis .. salutem in domino. Notum facimus — May 1250 — Roture vilenage
quod coram nobis constitutus dominus Symon presbiter de autolio: Recognovit se tenere et pos-
sidere in vilenagium de licentia .. abbatis et conventus sancte genovefe parisiensis ut dicitur terras et vi- — Reconnoissance par
neas inferius annotatas: videlicet unum terciolum terre in grois. dimidium
arpentum vinee in marisco et ad rotam. quandam peciam vinee de capite ville.
unum quarterium vinee ad fontem et in marisco. dimidium arpentum terre apud pacia-
cum. Quandam peciam vinee ad oserios. et unum arpentum terre in insula ut dicitur.
et unum quarterium vinee quod fuit Reutie ut dicitur. et easdem tenetur vendere quam
cito: a dictis .. abbate et Conventu: vel eorum procuratore fuerit requisitus. In
cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum curie archidiaconi parisiensis duximus appo-
nendum. Datum anno domini M. CC. quinquagesimo. mense maio.

Littere super quitatione terre site apud curtam petram. — Decembre 1250 Courpierre

Universis presentes litteras inspecturis .. Soror .P. dicta abbatissa porte Regie totusque eius-
dem loci conventus salutem in domino. Noverint universi quod nos quitationem quam fecit frater
Rob. procurator parisiensis in curia venerabilis viri .P. archidiaconi ecclesie parisiensis: viris
venerabilibus et Religiosis .. abbati et conventui sancte genovefe in monte parisiensi de terra
quam contulerant nobis in elemosinam domina ysabellis de pyrodio et adam
et Guillelmus filii eius terram in censiva dictorum .. abbatis et Conventus apud curtam

precium ⁊ ux̄ ratam et gratam hēmus . ⁊ eisdem abbi . ⁊ Conuentui eam-
dem tīam totam ubicumq; sit q̄ntum ad nos ptinet quitauim⁹ ⁊ q̄tam⁹
imppetuū nichil iuris nobis in ea penit⁹ retinentes . ⁊ qd̄ nich in ea deceto
p nos uel p aliū reclamabim⁹ pmittentes . In cui rei testimoniū ⁊ muni-
men dcīs . abbi ⁊ Conuentui p̄sentes litt̄ . sigilli nr̄i munimine duxim⁹
roborandas . Datum anno dn̄i . m̄ . cc̄ . Quinquagesimo mense decembr . .

litt̄e sup maiona de lysiaco .

may 1247 — Lisy — Reconnoissance par odon clerc, fils de Thomas Bordon que l'Abbaye de Ste Geneviève lui a donné pour sa vie seulement la masure de Lisy

Omnib; p̄sent̄ litt̄ inspectur̄ . Offic̄ . Cur̄ meldens̄ eternam in dn̄o salt̄ . Not̄
facim⁹ qd̄ in nr̄a p̄sentia constitut⁹ odo clericus filius defuncti thome bordon .
Recognouit se recepisse ab abbe ⁊ Conuentu Sc̄e gen̄ par̄ . maionam ipoz
de lysiaco tm̄m in uita sua nisi tale fecerit forefcm̄ p quo eam amitte-
debeat possidendam . Quia uo decedentib; ex hac uita maioilb; nullus
in maiorīis dcōz abbis ⁊ Conuent⁹ iure hereditario succedere debet .
Sz eas quib;cumq; eisdem placuerit libere dare possunt ut dr̄ .
Idem odo pmisit fide corpali in manu nr̄a p̄stita qd̄ in illa maiona
neq; ip̄e neq; heredes sui aliquid hereditarium reclamabunt . ⁊ qd̄ fidel̄
erit abbi ⁊ Canonic̄ qui tempe suo erunt . ⁊ iura ipoz p posse suo
sualbit . ⁊ ecc̄e p̄dc̄e dampna nulletn⁹ sustinebit . Tenetur etiam dc̄us
odo sicut confessus fuit coram nob̄ solūe singul̄ annis ap̄ lisiacū
abbi ecc̄e p̄dc̄e unam pcuratōem : Ita tam̄ qd̄ illa pcuratō p̄cii ui-
ginti solid nō excedat . In c⁹ rei testimoniū ⁊ memoriā p̄sentib; litt̄
sigillum curie melden̄ duxim⁹ apponend . Datum anno domini
m̄ . cc̄ . Quadragesimo Septimo . mense . maio . litt̄e frīs Johis

Mongeln ecc̄e bī martini educti sup q̄dam domo q̄ de ponte ē mana .

I .

Universis presentes litteras inspecturis officialis curie parisiensis salutem in domino. Notum facimus quod in nostra presentia constitutus frater Johannes monachus ecclesie beati Martini eduensis ut dicebat, promisit nomine dicte ecclesie ut dicebat quod infra diem lune post dominicam qua cantatur Isti sunt dies proximo instantem ponet extra manum dicte ecclesie quandam domum sitam parisius ut dicitur in vico qui vocatur Clopier contiguam domui que vocatur domus Britonis ut dicitur quam domum dedit predicte ecclesie Bernardus de Lugd. in elemosinam ut dicebat idem frater Johannes. Quod autem audivimus hoc testamur salvo iure cuiuslibet. Datum anno domini M° CC° XL° septimo die Jovis In vigilia beati Luce evangeliste.

17 octobre 1240
Paris, Rue Clopin
Promesse par frère Jean moine du monastère de St Martin d'Autun de mettre hors de ses mains une maison sise Rue Clopin qui avait été donnée audit monastère en aumône, par Bernard de Lyon

Littere super executione domini Guillelmi de Varziaco.

Omnibus presentes litteras inspecturis officialis archidiaconi parisiensis salutem in domino. Noverint universi quod nos anno domini M° CC° XL° sexto die martis ante festum omnium sanctorum litteras venerabilis viri officialis curie parisiensis vidimus in hec verba. Omnibus presentes litteras inspecturis officialis curie parisiensis salutem in domino. Notum facimus quod in nostra presentia constitutus dominus Guillelmus de Varziaco canonicus parisiensis executor ut dicebat testamenti defuncti Thome quondam presbiteri de Nova villa recognovit quod dictus defunctus de viginti duobus solidis augmentati census quos habebat ut dicitur super quandam domo sita in vico Jude in censiva sancte Genovefe parisiensis ut dicitur legavit ecclesie beati Martini de campis parisiensis undecim solidos parisienses. Canonicis sancti Simphoriani parisiensis quinque solidos et dimidium. et presbitero ecclesie de Nova villa quinque solidos et dimidium annui redditus ut dicebat. Quod autem audivimus hoc testamur salvo iure alieno. Datum anno domini M° CC° XL° sexto die sabbati ante in crastino beati Bartholomei apostoli

25 août 1240
Paris, Rue Judas
Délégation par l'exécuteur du testament de Guillaume de Varzy à l'abbaye de St Martin des Champs de 22 s. de surcens sur une maison sise Rue Judas, en la censive de l'abbaye de Ste Geneviève

avril 1229.

... Ste Geneviève

Confirmation de Philippe roy de France, de l'élection faite dans un chapitre du frère Galon d'abbé de Ste Geneviève

Ph. di gra Franc. Rex: vniusis ad quos litte psentes puenint: salt. et dilec- toem. Nouitis qd nos electoem qm prior totumqz captlm be gen. par v- nanimit fecerunt de fre Galone quem in pastorem et abbem suu ceperunt. gram hemus et acceptam. et ab ipo sacramtu nrm sicut moris e recepim. In est qd uob mandam qtin uisis litteris psentib; vniusas res de regalib; suis in potestatib; uris eidem electo aut nutio suo latori psentiu deliberetis. Act. ap sam Germanu in laya. Anno dni. m. cc. xx. scdo. mense aplis.

Litte sup executoe magri ponis de silliaco.

Septembre 1245. Bans ...

Demande et prières aux les Exécuteurs du Testament de Mre Pierre de Silly faite à l'Abbaye de Ste Geneviève de ne disposer, que jusqu'au nouvel ordre, de la maison ... par led. Pierre de Silly ... en la censive de lad. Abbaye

Viris ven. et Relig. dnis. et amicis in xpo kmis.. priori et conuentui be gen.. par. in monte. H. decan. magri. P. penitentiari. et adam de Linsarch canon. Beluacen. executor magri ponis de silliaco qndam canoni Beluacen: salt et sinceram in dno dilectoem. Rogam vos et requirim pietatis intuitu qtin ad domu qm magr por memorat hebat pisi et tenebat de vob. nullu recipiatis quscqz uobiscum nos uel alter nrm locuti fuerim. et hoc erit in breui dno concedente. Quia ad psens sup hoc uobiscum loqui n possu- m. de domo dca que est in ordinatoe nra sicut loco et tempe vob gstab. variis et ineuitabilib; negociis ppediti. Dat anno dni. m. cc. xl. quinto. feria. ij. post festum bi mathi apli. Valete in dno.. Litte sup incepa- tione dom magri Johis de sco quintino apd Varinas.

Novembre 1250

... Vanes

Mandement de la part du Roy et de la Reine aux archevesque de Bourges ... de faire payer à l'Abbaye de Ste Geneviève les Redevances sur la maison de Mre Jean de St Quentin

Ph. di gra Bituricen.. archieps. aquitanie primas. A. Siluan. R. par. et J. Ebroicen. eadem gra epi. dilcis suis ppositis parisien salt. Ex pte dni Regis et dne Regine vob pcipiendo mandam qtin omis redeuantias

q̃s debebat dom⁹ que fuit magri Johis de leo ... anno aniq̃m veniret ad
manu dni Regis viris venerabilib3 & Relig. abbi & conventui sce gen..
pat̃ hui faciatis. Dat̃ pontisar. Die mcurij p⁹ festum sci martini hyẽ
mal. anno dni. m°. cc°. Quinquagesimo.

Litt̃e Johis de Crequiaco Guilli fortis & beatris eius uxoris.

Omnib3 psentes litt̃ inspect. G. eade pat̃. archid salt̃ in dno. Notum fa
cim⁹ vniu̇is q̃d cum Johes de Crequiaco peteret coram dno pat̃ epo a guillo
dco forte & beatrice eius uxore noie Johanne uxoris sue filie dcor Guilli & ei⁹
uxoris ĩ dotem eiusdem Johanne assignari. tandem p̃fati Guills. bea
trix uxor eius. nec Johes de Crequi & thomas Greue Gener p̃dcor G.
& B. p se & uxorib3 suis se supposuerunt ordinationi & voluntati dni
epi parit⁹ in p̃missis. Ipe vo dns eps potestatem suam qm in p̃miss
sis hebat nob comisit & concessit. nos aut̃ de consensu & voluntate
guilli & beatris eius uxoris. Johis thome & uxor suar ordinavim⁹
& diximus in hunc modu q̃d Guills & beatx uxor eius de molendino
q̃d hnt in secana iuxta pont̃ pontem inferius. vendendo. donando. do
nando. legando. uel alio modo disponendo. & omib3 hiis q̃ ex inde ad
quirent. & de omib3 mobilib3 que hnt & hebunt tempore obit⁹ sui. sua
possint fac̃e simili modo parit⁹ uoluntate. Oms vo alias possessiões
q̃s nunc hnt q̃m diu uixerint pacifice possidebunt. ita q̃d altero eor
decedente: alius supstes omniu p̃dcar possessionu medietatem hebit.
& alia medietas ad p̃dcos Johem. & thomã. eor q3 uxores comunit̃ libe
devoluetur. utroq3 aut̃ mortuo tam Guillo q̃m eius uxore. p̃fati Johes

Octobre 1233
Moul... sur la ... en
pres le pa... ...
Nulle mention de l'Abbaye de
Ste Geneviève dans ce concordat

⁊ thomas et uxores suae heredes eorum omnes predictas possessiones exceptis molendino ⁊ conquestibus faciendis . percipient ⁊ habebunt communiter inter eos dividendas . ita tamen quod ipsi generi vel dicti illi qui dictas possessiones habebunt post decessum utriusque tam Guilli quam beatricis eius uxoris soluent sexties viginti libras par. vel competenter assignabunt super tenuras suas duodecim libras annui redditus : ad dandum ubi voluerint ob remedium animarum Guilli ⁊ beatricis eius uxoris . Si vero dicte sexties viginti libre non soluerentur statim post obitum predictorum : ipsi generi singulis annis quibus non esset dicta pecunia persoluta : soluerent duodecim libras par. ubi ipsi . G . ⁊ . b . preciperent eas solui . ad hoc se ⁊ sua obligantes . Solutis autem predictis sexties viginti libris : ipsi generi ⁊ eorum bona ab obligatione predicta erunt penitus liberati . Ordinauimus insuper ⁊ diximus consentientibus . Johe ⁊ thoma . ⁊ uxoribus eorundem quod ipsi Guills ⁊ beatrix uxor eius de predictis possessionibus pro sua necessitate euidenti quantum necesse fuerit libere possint vendere . ⁊ penitus alienare . Quod ut ratum permaneat in futuro : presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus Roborari . Datum anno domini . m . cc . tricesimo . tercio . mense . octobris .

Littere super inquisitione maioris de Borreto quod tenetur soluere talliam .

Omnibus presentes litteras inspecturis . Th . sancte Gen . par. abbas humili in domino salutem . Cum Erardus presbiter . Hugo palmarius . Bernardus cosart . Odo de fontibus . Guillelmus pelliparius . ⁊ petrus presbiter procuratores ville tocius de borreto dicerent contra thecelinum maiorem eiusdem ville quod portionem tallie soluere tenebatur prout in carta inter ipsos homines ville de borreto

1247 Bores Taille

Acte capitulaire ou [illegible] Sentence rendue par les abbé et religieux de Ste Geneviève, sur la representation des habitans de Bor[illegible] qui condamne [illegible], maire dud[it] [illegible], à payer le droit de taille

ex vna pte. et ecclām scē gen̄. par. ex altera: sup hoc confecta sigillo dn̄i re
gis sigillata plenius continet᷒. facta sup hoc de consensu ptiū inquisitōne
diligenti. Die crastino pentecost. Anno dn̄i. ᵐ. cc. xl. vij. coram nob assig-
nata ad pferendum sn̄iam. dn̄s theoduīs uolens poci ūitatem ɔfiteri ín
iure constitut᷒ vlt᷒ confessus est spontanee ad talliam se teneri. et ad oīa
alia que continent᷒ in ipā carta sic alii hoīes ville de borreto obligāt᷒.
pmittens se satisfacturum scdm tenorem carte de oīb; supdc̄is. Nos
uo cum dc̄e ptes stare dc̄o nr̄o fide media pmisissent ad ea que in confes
sione et pmissione dc̄i theodiui continent᷒. ipm theodinū ɔdempnam᷒.
Astantib; his ad hoc spālit᷒ aduocatis. quoꝝ noīa sunt hec. Symon
ṗor scē gen̄. par. Thomas Cellerari᷒. Fr̄ laurenti᷒ Camerari᷒. Fr̄ thomas
elemosinari᷒. Fr̄ Guill᷒ coquinari᷒. Fr̄ Johes de villa seia. Fr̄ Guillīs de
Campania. Canon̄ scē gen̄. par. Radulphus de scō laurentio. Petrus de
marsiaco clicus. Dyonisi᷒ de henaut. Guill᷒ viari᷒. Petrus maior scē gen̄.
Girard᷒ le potallier. Siluester oleari᷒. Alan᷒ pgamenari᷒. magr̄ adam
Carpentari᷒. Johes de dynanto. Eloyn᷒. Symon. Petrus de scō martino.
hubert᷒. Johes. et adam. Carnifices in monte scē gen̄. Petr᷒ de lymogiīs.
martin᷒ de la tielle. Alan᷒ bnto clicus elemosine. Nicholaus le cortil
lier. Girard᷒ de chartretes. hugo de castellione. Raudoul allutari᷒. Gi
rard᷒ clicus dn̄i abbis. herbert᷒ de hospitio clicus. cholin᷒ normān᷒.
et andreas scot᷒: seruientes camerarij scē Gen̄. Guill᷒ de furnō. martin᷒
de sartrino. Robin᷒ Janitor. Gaucher᷒ de fraxinio et pnoīati priuato

res ville bonte p tota villa. Thecelin[us] aut[em] maior eiusdem ville p se. Actu[m] anno et die p̄dcis: mense maio. *Litt[er]e sup[er] solutione .xl. librar[um] p[ro] subsidio Romane ecc[lesi]e*

Septembre 1240 Parisy — Reconnoissance par [illegible] clerc de [illegible] de Paris qu'il a reçu, de l'église de Ste Geneviève par les mains de Pierre clerc de Marsi la somme de 40 l. parisis pour subside dû au Pape

Universis p̄sent. litt. inspect. Offic. Cur. par. in dño salt. Nov[er]itis q[uo]d in n[ost]ra p̄sentia constitut[us] petr[us] cl[er]icus dñi par. Ep[iscop]i. Recognovit se recepisse in pecunia numerata Quadraginta libr. par. p manu[m] petr[i] cl[er]ici de Marsiaco ab ecc[lesi]a s[an]c[t]e Gen. par. p subsidio Romane ecc[lesi]e. In c[uius] rei testimoniu[m] p̄sentes litt[er]as sigillo cur. par. fecim[us] sigillari. Dat. ad petit[i]o[n]em d[ic]ti pet[ri]. Anno dñi. m̊. cc̊. xl. die martis an[te] Nativit. b[eat]e Marie.

Septembre 1250 [illegible] — Quittance de [illegible] de Johangnia [illegible] 10 l. parisis

Universis p̄sent. litt. inspect. Abbas herivallis ordinis s[an]c[t]i Augustini salt in dño. Noverit universitas u[est]ra q[uo]d cora[m] nob constitut[us] nobil vir dñs henric[us] de Johangnia-co miles. Rogeru[m] messeriu[m] laicu[m] p̄sentiu[m] portitore[m] suu[m] constituit procuratore[m] suu[m] ad petendu[m] et recipiendu[m] p ipo milite et ei[us] no[m]i[n]e a Relig. vir. abbe et conventu s[an]c[t]e Gen. par. in monte decem libr. par. In quib[us] eidem militi dicti abbas et convent[us] tenent[ur] ut d[icitu]r p quitatio[n]e q[ua]dam f[ac]ta eisdem a d[ic]to milite. Ratam et gratam habitur[us] solutio[n]em iam d[ic]te pecunie si eam fieri contigit p[ro]curatori an[te]d[ic]to. ab abbe et conventu p̄dcis. vel eor[um] mandato. In c[uius] rei testimoniu[m] ad petit[i]o[n]em d[ic]ti militis sigillum n[ost]r[u]m p̄sentib[us] litt[er]is duxim[us] apponendu[m]. Datu[m] anno dñi. m̊. cc̊. l[ui]mo. die martis an[te] festu[m] s[an]c[t]i Michael.

Hec sunt litt[er]e herveii le concierge sup[er] undecim solid[is] incrementi census.

Juin 1257 Auteuil — Concession par l'abbaye de Ste Geneviève [illegible] à Raoul [illegible] sa vie durant moyennant un muid de [illegible] en 2 termes

Omnib[us] p̄sent. litt. inspect. Offic. Cur. par. salt in dño. Notu[m] facim[us] q[uo]d in n[ost]ra p̄sentia constitut[us] herveus le conciergie civis par. Recognovit se debere hodearde de Espone relicte defuncti Roberti de Espone. Nove

Littera de furno nostro de Autolio.

Juin 1257

Omnibus presentes litteras inspecturis. Th. abbas sancte Genovefe Parisiensis totusque eiusdem ecclesie conventus humilis eternam in Domino salutem. Notum facimus quod nos de communi assensu et voluntate omnium nostrum dimisimus et concedimus Radulpho dicto de Curia furnum nostrum de Autolio ad vitam ipsius Radulphi sine reclamatione aliqua, tali modo tenendum et possidendum, pro quo furno dictus R. tenetur nobis et ecclesie nostre reddere et solvere integre quamdiu dictum furnum tenebit unum modium bladi in domo nostra apud Autolium, videlicet medietatem boni siliginis in nativitate Domini et aliam medietatem boni ordei in nativitate beati Johannis Baptiste. Ea vero conditione quod dictus furnus post ipsius Radulphi decessum ad ecclesiam nostram libere revertetur, nec heredes sui vel aliquis alius in eodem furno aliquid iuris poterunt reclamare. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno Domini M° CC° L° septimo mense iunio.

Littera magistri Luce canonici Parisiensis super quadam pecia vinee sita ad bivium.

Juin 1257

Paris faubourg

Reconnoissance par … chanoine de Paris …

Universis presentes litteras inspecturis officialis curie Parisiensis salutem in Domino. Notum facimus quod in nostra presentia constitutus vir venerabilis magister Lucas canonicus Parisiensis asseruit et recognovit coram nobis quod habebat tenebat et possidebat de conquestu suo in censiva beate Genovefe Parisiensis domino fundi et districtu eiusdem quandam peciam vinee sitam in territorio quod dicitur Brolium, que vinea facit cuneum vici per quem itur a strata publica de Bordellis versus sanctum Victorem, et arpentum vel circiter continentem, oneratam in viginti octo sextariis vini redditus debitis abbati et conventui sancte Genovefe predicte annis singulis ut dicebat, videlicet talis vini quale crescit in vinea supradicta una cum decima et pressura eiusdem vinee, et tredecim denariis censualibus annui capitalis. Quare magister Lucas petiit et requisivit ut dicebat ab abbate et conventu predictis ut predictam peciam vinee absolverent et liberarent ab onere redevanciis supradictis, mediante aliquo alio onere perpetuario censuali ipsis abbati et conventui a dicto magistro Luca et ab hiis qui dictam vineam tenerent seu haberent in ipsam aut qui causam haberent in ipsa

ad quemcumque statum devenerit et solvendo supradictum in festo sancti Remigii annuatim. Ita quod idem magister Lucas et eius ibidem heredes ab ipso libere possent locum tenere et edificare valent in eo. et voluntatem suam sive utilitatem ibidem facere prout eis visum fuerit expedire salvo iuris dictis abbati et conventui et ecclesie predicte imperpetuum in dicto loco integre et inhabitantibus dictum locum sua iusticia. iure. dominio. censu. ventas. et aliis libertate seu redevencia. sicut habent in aliis hostisiis burgi sui. et inhabitantibus in eisdem. Quod abbas et conventus postulationibus dicti magistri Luce benignius annuentes ut dicebat eidem magistro Luce et ibidem eius heredibus ab eodem dictam peciam vinee concesserunt tenendam et habendam ac possidendam in futurum quittam et liberam a vino et tredecim denariis et redevanciis supradictis decime et pressure pro viginti sol. censualibus annuatim capitalibus dictis abbati et conventui et eorum ecclesie pro dicto loco solvendis a dicto magistro Luca et ab illis qui causam habebunt ab ipso in vinea sive loco predicto in festo sancti Remigii annuatim. Salvis etiam dictis abbati et conventui et ecclesie sue in dicto loco et habitantibus in ipso omni iure. iusticia. dominio. censu. ventis. et omnibus aliis que ad ipsos et ecclesiam suam pertinent in vinea sive loco predicto in quocumque statu sit. et inhabitantibus in dicto loco ad quamcumque manum devenerit dictus locus. exceptis vino et tredecim denariis et redevanciis decime et pressure. Convenerunt insuper sine ut dicebat dictus magister L. inter abbatem et conventum predictos ex parte una. et dictum magistrum Lucam ex altera parte. et dictum locum tenentibus. quod idem magister Lucas vel quicumque alius qui in dicto loco inhabitaret. dictum locum seu partem ipsius in manum mortuam ponere non poterunt. nec oratorium sive capellam aut campanam ibidem construere seu facere construi sine ipsorum voluntate et assensu super hoc speciali. nec aliquid aliud ibidem facere per se vel per alium. quod sit in dictorum abbatis et conventus et ecclesie sue iniuriam preiudicium et gravamen. Que omnia et singula prout superius sunt expressa dictus magister Lucas tenere et observare promisit. et nulla de cetero in posterum contravenire. se et successores suos. in hoc et premissis omnibus et singulis tenendis et observandis dictis abbati et conventui specialiter obligando. Et renunciavit in hoc facto expresse coram nobis pro se et dictum locum tenentibus insimul vel divisim. omnibus litteris graciis et privilegiis. tam a domino papa. quam a rege Francie quam a quocumque alio prelato vel principe specialibus et generalibus impetratis vel impetrandis sub quacumque forma verborum. per que idem magister L. aut inhabitantes totum locum predictum possent dictos abbatem et conventum et ecclesiam suam sive iura sua. et ecclesie sue diminuere. aut in aliquo perturbare nec ab heredibus dicti magistri L. vel causam habentibus in dicto loco ab eodem specialiter sit concessum. In cuius rei testimonium. ad petitionem dicti magistri Luce presentibus litteris sigillum curie parisiensis duximus apponendum. Datum anno domini M°. CC°. L^mo nono mense Mayo

Littera super manumissione Roberti cabernarii de Freneel.

Universis presentes litteras inspecturis. frater Th. miseratione divina. abbas sancte Genovefe Par. totusque eiusdem ecclesie conventus humilis ecclesie salutem in domino salutem. Noverit universitas vestra quod nos de communi assensu et voluntate omnium nostrum. Robertum cabernarium de Freneel manumittimus. et ab omni iugo et onere servitutis penitus liberamus. volentes et concedentes. ut idem Robertus omni decetero gaudeat privilegio libertatis. Quod ut ratum permaneat et firmum. presentibus litteras sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno domini m°. cc°. lx°. mense maio. may 1260

Ne teneamini exhibere privilegia extra ecclesiam nostram.

Clemens episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis abbati et conventui monasterii sancte Genovefe Par. ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. ordinis sancti Augustini salutem. et apostolicam benedictionem. Quanto studiosius contemplationis divine desideratis obsequiis tanto libencius gratiam nostri favoris impendimus et quo vos quietis et tranquillitatis commodum allatum cernimus pro eo possitis devocius quod geritis famulari. Cum igitur sicut ex insinuatione vestra didicimus ordinarii. ac alii etiam iudices quorum aliqui a predicto monasterio valde distant monasterio ad exhibendum coram ipsis in locis in quibus morantur apostolica quibus muniti estis privilegia. variis modis sepius vos compellant. et hac de causa labores sustineatis multiplices. ac expensas. nos vestro in hac parte dispendio remedio volentes favorabiliter occurrere oportuno vestris precibus inclinati. ut quotiens parati fueritis in monasterio vestro huiusmodi privilegiis fidem facere. illa extra monasterium ipsum coram iudice non teneamini aliquo exhibere. nec ad id cogi etiam valeatis sine speciali mandato sedis apostolice mentionem plenam et expressam de indulto huiusmodi faciente. auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere. vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit. indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Viterbii. ij. idus octobris pontificatus nostri anno secundo.

Ne episcopus Par. vel aliquis canonicus Par. possit esse iudex contra nos.

Clemens episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis abbati et conventui monasterii sancte Genovefe Par. ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. ordinis sancti Augustini. salutem et apostolicam benedictionem. Eo amplius iuxta plenitudinem desiderii. vos qui divinis specialiter estis deputati obsequiis circa spiritualia domino largiente possitis pace commoda quo favoris nostri mediante munimine gravaminibus. ac inquietudinibus minus noveritis subiacere. Nos devotionis vestre precibus inclinati.

13 octobre

2 octobre

ut per apostolice sedis aut legatorum eius litteras impetratas hactenus. dum tamen per illas ad citationem minime sit processum. seu etiam impetrandas. et quibus parisiensis episcopus. sive quivis parisiensis ecclesie canonicus executor aut conservator. seu iudex deputatus fuerit. evocari ad iudicium non possitis. nisi illarum per totum contra vos vel monasterium vestrum in aliquo procedi valeat. nisi forsan eedem sedis ipsius impetrande littere plenam et expressam de hac indulgentia mentionem fecerint [illegible]. auctoritate vobis presencium indulgemus. presentibus post quinquennium minime [illegible] valituris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis [illegible] infringere. vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. viterbii. vi. nonas octobris pontificatus nostri anno secundo.

Ne extra dioc. paris. super hiis que in civitate tenent trahi possimus.

a cet. 22 7bre Clemens episcopus servus servorum dei. dilectis filiis abbati et conventui monasterii sancte genovefe paris. ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. ordinis sancti augustini. salutem et apostolicam benedictionem. Ex vestre religionis meritis. exigentia ut in hiis que sunt honoris et gratie apostolicam sedem bene meritos favore benigno iugiter prosequentem gaudeatis vobis propiciam invenisse. hinc est quod nos huiusmodi meritorum obtentu. vestris supplicationibus benignum impertientes assensum. auctoritate vobis presencium indulgemus. ut extra dioc. paris. super hiis. que infra civitatem vel dioc. paris. obtinetis. conveniri nequeatis possitis per litteras dicte sedis non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Presentibus post triennium minime valituris. Dat. viterbii. x. kal. octobris. pontificatus nostri. anno secundo.

Privilegium non absque dolore clementis pape quarti.

a cet. 29 7bre Clemens episcopus servus servorum dei. venerabilibus fratribus. remen. senonen. rothomagen. archiepiscopis et eorum suffraganeis. et dilectis filiis abbatibus. prioribus. decanis. archidiaconis. et aliis ecclesiarum prelatis per remen. senonen. et rothomagen. provincias constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Non absque dolore cordis et plurima turbatione didicimus. quod ita in plerisque partibus ecclesiastica censura dissolvitur. et canonice sententie severitas enervatur. ut viri religiosi. et hii maxime qui per sedis apostolice privilegia maiori donati sunt libertate passim a malefactoribus suis iniurias sustineant et rapinas. dum vix invenitur qui congrua illis protectione subveniat. et pro fovenda pauperum innocencia se murum defensionis opponat. Specialiter autem dilecti filii. abbas et fratres monasterii sancte genovefe paris. tam de frequentibus iniuriis quam de ipso cotidiano.

destū iusticie contemnens· vniuersitatem vestram litteras presentes apostolicas exequtori· ut ita uideheȝ eis in tribulationibus suis· quod malefactores eorum· prompta debeatis magnanimitate consurgere· quod ab angustiis quas sustinent· et pressuris· vestro possint presidio respirare· Ideo que vniuersitati uestre· per apostolica scripta mandamus atque precipimus· quatinus illos· qui possessiones· uel res seu domos predictorum fratrum· uel hominum suorum irreuerenter inuaserint· aut ea iniuste detinuerint· que predictis fratribus· ex testamento decedencium relinquuntur seu in ipsos fratres· uel ipsorum aliquem· contra apostolice sedis indulta· sententiam excommunicationis aut interdicti presumpserint promulgare· uel decimas laborum· de possessionibus habitis ante concilium generale· quas propriis manibus· aut sumptibus excolunt· seu nutrimentis animalium suorum· spretis apostolice sedis priuilegiis extorquere· si de his uobis manifeste constiterit· canonica monitione premissa· si laici fuerint/ publice candelis accensis singuli uestrum· in diocesibus et ecclesiis uestris· excommunicationis sententia percellatis· Si uero clerici· uel canonici regulares seu monachi extiterint· eos appellatione remota· ab officio et beneficio suspendatis· neutram relaxaturi sententiam· donec predictis fratribus plenarie satisfaciant· et tam laici quam clerici seculares· qui pro uiolenta manuum iniectione in fratres eosdem uel ipsorum aliquem anathematis uinculo fuerint innodati· cum diocesani episcopi litteris ad sedem apostolicam uenientes ab eodem uinculo mereantur absolui· presentibus post triennium minime ualituris· Datum viterbii· iij· kalendas· octobris· pontificatus· nostri· anno secundo·

Vt abbas sancte genouefe possit conferre ordines canonicis suis· usque ad sacros·

Clemens episcopus seruus seruorum dei· dilecto filio abbati monasterii sancte genouefe· parisiensis· ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis· ordinis sancti augustini/ salutem et apostolicam benedictionem· Suadente pure deuotionis affectu· quem ad nos et sedem apostolicam habere dignosceris· personam tuam· condigni fauoris intendentes gratia prosequi· tuis supplicationibus inclinati· ut professis monasterii tui canonicis clericalis milicie ascribendis in monasterio eodem dumtaxat clericalem· omnes minores ordines· libere conferre ualeas· auctoritate presencium tibi duximus concedendum· Nulli ergo omnino hominum· liceat hanc paginam nostre concessionis infringere· uel ei ausu temerario contraire· Si quis autem hoc attemptare presumpserit· indignationem omnipotentis dei· et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum· Datum viterbii· kalendas· octobris· pontificatus nostri· anno secundo·

Vt abbas possit conferre tonsuram primam clericis manumissis ecclesie·

Clemens episcopus seruus seruorum dei· Dilecto filio· odoni abbati monasterii sancte genouefe parisiensis· ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis/ ordinis sancti augustini· salutem· et apostolicam benedictionem· Personam tuam litteris et sciencia ac honestate morum apud nos multipliciter commendatam sincero diligimus· et quod ad honorem possumus adicere· liberali promptitudine fauoris beniuolencia cupimus promouere· Cum itaque sicut ex parte tua accepimus· abbates monasterii tui· qui fuerunt pro tempore hactenus

ipsius monasterii de corpore liberatis asserebat mutue cupientibus clericali. preterea ab eodem monasterio legitime manumissi primam clericalem tonsuram libere consueverint a longis temporibus recepisse. Nos vestris supplicationibus annuentes, attendentes premissis veris existentibus, tonsuram predictam sine alicuius iuris preiudicio hominibus huiusmodi qui tamen manumissi fuerint plenam et liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum viterbii. ii. idus octobris pontificatus nostri anno secundo.

De presentatione canonicorum ecclesie sancte genovefe

j. s[ecun]do ... 2 octobre X

Clemens episcopus servus servorum dei. venerabilibus fratribus .. parisiensi, carnotensi, suessionensi, meldensi et silvanectensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Monasterium sancte genovefe parisiensis ad romanam ecclesiam nullo medio pertinens ordinis sancti augustini in vestris diocesibus quasdam ut accepimus capellas obtinet ad quas dum vacant pro tempore dilecti filii abbas et conventus monasterii prelibati hactenus rectores idoneos consueverunt canonicos presentare. Quocirca vobis ad quos ut pote locorum diocesanos rectorum institutio earundem spectare asseritur per apostolica scripta mandamus quatenus fratribus idoneis presentatis per eosdem abbatem et conventum quos ipsi ad easdem vacantes capellas instituendos in illis vobis duxerint presentandos, non aliquos de canonicis eorundem in ipsas curam animarum prout ad vos pertinet absque difficultatis obstaculo committatis eosque pro beati petri et nostra reverentia manutenere curetis. Ita tamen quod illi quibus huiusmodi cura commissa fuerit vobis de spiritualibus ac memoratis abbati et conventui de temporalibus debeant respondere. Datum viterbii vi non. octobris pontificatus nostri anno secundo.

Ne teneamini ad provisionem alicuius.

ad ... 22 septembre ~~octobre~~ X

Clemens episcopus servus servorum dei. dilectis filiis abbati et conventui monasterii sancte genovefe parisiensis ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti augustini salutem et apostolicam benedictionem. Exigentibus devotionis vestre meritis quam ad nos et apostolicam sedem geritis in hiis affectu benivolo libenter annuimus per que materia submota contentionis vestre quieti ac paci salubriter consulatur. Hinc est quod nos vestris supplicationibus inclinati auctoritate vobis presentium indulgemus ut ad receptionem sive provisionem alicuius in pensionibus aut beneficiis ecclesiasticis ad collationem seu presentationem vestram spectantibus minime teneamini nec ad id compelli possitis. quodque de beneficiis huiusmodi vobis invitis nulli valeat provideri nec vobis per reservationem aut inhibitionem sive alias aliquod obstaculum interponi quominus beneficia eadem ad collationem vestram spectantia cum vacaverint possitis idoneis conferre personis, prout ad vos dinoscitur pertinere et ad illas personas huiusmodi presentare per litteras apostolicas que de indulto huiusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem presentibus post terminum minime

nalitatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Viterbii .x. kl. octobris pontificatus nostri anno secundo.

Ludovicus etc. Noverint universi. Littera domini regis Ludovici de donatione essartorum de Quinciaco.

presentes et futuri quod cum nos in quibusdam essartis apud Bouciacum et Quinciacum in castellania Corbolii sitis in fundo abbatis et conventus sancte Genovefe Parisiensis graariam haberemus et ea nuper concessissemus ad culturam redigi, pro quibus eadem septem sextaria ordei singulis annis ad natale domini et .ix. d. pro ovis paschalibus pape dicebamus. Nos divini amoris intuitu et pro salute anime nostre ac pro remedio animarum inclite recordationis regis Ludovici genitoris nostri et regine Blanche genitricis nostre et aliorum antecessorum nostrorum, predictis abbati et conventui regia liberalitate donamus et quitamus imperpetuum graariam predictam et totum redditum quem percipiebamus in predictis essartis quocumque nomine, salvo tamen iure in omnibus alieno. Quod ut ratum etc. Actum anno domini m°. cc°. quinquagesimo vij. mense januario. Janvier 1257.

Universis presentes litteras inspecturis. Littera magistri G. Matisconensis super domo de porta Gibardi.

Officialis curie Parisiensis salutem in domino. Notum facimus quod coram nobis constitutus magister Guillelmus de Matiscono clericus canonicus Matisconensis asseruit et recognovit coram nobis in iure quod ipse habebat tenebat et eadem possidebat de conquestu suo Parisius versus portam Gibardi ex altera parte domus fratrum predicatorum quandam domum sitam in censiva religiosorum virorum abbatis et conventus sancte Genovefe Parisiensis de monte, ad viginti sol. par. cum [illegible] census capitalis, que domus fuit quondam defuncti magistri Roberti de Corbeia. Asseruit etiam dictus magister G. coram nobis quod dicti abbas et conventus ipsorum et ecclesie sue utilitate pensata dictam domum cum pertinentiis et pourprisio sicut se comportat ante et retro a dextris et a sinistris usque ad vicos et stratam publicam eidem magistro Guillelmo et illis qui causam habebant ab eo concesserunt tenendam habendam et possidendam in manu mortua eandem domum eidem magistro G. et illis qui causam habebunt ab eo admortizantes. Ita quod eidem magistro Guillelmo et illis qui ab eo causam habebunt dictam domum cum pertinentiis et pourprisio ut dictum est titulo venditionis donationis aut permutationis alienare licebit et in quamcumque personam ecclesiasticam vel secularem religiosam seu non religiosam et collegium et in quemcumque locum venerabilem et religiosum transferre. Ita quod illi religiosi dictam domum cum suis pertinentiis ut dictum est tenere habere et possidere imperpetuum vel in quascumque alias personas transferre licebit ut idem magister G. asseruit coram nobis. Asseruit insuper dictus magister G. et recognovit coram nobis quod ipse dictam concessionem tenendi dictam domum cum suis pertinentiis in manu mortua et admortizationis predictam de voluntate ipsius

octobre 1261. Consentement donné par l'abbaye de Ste Geneviève pour l'amortissement de la maison où est le Collège de Cluny qui est en sa censive, et située place de Sorbonne

Guilli. et assensu, dictam domum porprisium et pertinencias eorumdem. dicti abbas et conventus et idem G.
una cum eis oneraverunt in quatuor lb. par. census capitalis. cum dictis viginti solid. census capital. quos
ab antiquo dicti abbas et conventus habebant super domo predicta, et eius pertinenciis. ut idem magister recog-
novit coram nob. ita quod cum muratis viginti sol. supradictis. et dictis quatuor lb. possessores dicte dom. quicumque
fuerint imposterum pro tempore. et cuiuscumque condicionis sint. dictis abbati et conventui. et ecclesie eorumdem sol-
vent annis singulis. centum sol. par. nomine capital. census. videlicet quinquaginta sol. par. in festo sancti
Remigii in octobri. Et quinquaginta sol. par. in pascha. Asseruit idem magister G. quod pro dicta admor-
tizatione facienda dedit centum quadraginta lb. par. in pecunia numerata. abbati et conventui memoratis. Quam
pecunie summam procurator dictorum abbatis et convent. coram nob. constitutus confessus fuit procuratorio nomine
eorumdem se recepisse. et in utilitatem eorumdem et sui monasterii versam esse. Asseruit insuper dictus
magister G. voluit et concessit et recognovit coram nobis quod si contingeret quod possessores dicte dom. ipsam
domum titulo venditionis extra manum suam ponerent. dicti abbas et conventus ventas et alia que
ex venditione provenirent plene perciperent et haberent. Obligavit insuper dictus magister Guillermus
se et successores suos. et specialiter domum predictam. quod faciet et procurabit. erga habitatores dicte
dom. et pertinentiarum quicumque fuerint. quod super predictis. sub sigillo autentico. seu sigillis autenticis
litteras consimiles dabunt abbati et conventui memoratis infra annum. postquam habitatores dicte dom.
et pertinentiarum fuerint ex parte dictorum abbatis et convent. super hoc requisiti. Et dicti abbas et conventus consim-
iles litteras dabunt illis qui eam habebunt in predictis. hanc autem admortizationem. et concessionem
tenendi dictam domum et pertinentias in manu mortua. concesserunt dicti abbas et conventus salvis e-
isdem in dicta domo et pertinenciis eiusdem omni iure. iusticia. dominio et iure parrochiali
ut ante quod ad alia habebant. et in aliis eorum consuetudinibus par. hucusque sicut idem magister G. recog-
novit coram nob. in iure. Et de non veniendo contra per se vel per alium. et pro premissis omnibus et singulis
adimplendis. idem magister G. fidem in manu nostra prestitit corporalem. In cuius rei te-
stimonium. et munimen. presentibus litteris. sigillum par. curie. una cum sigillo dicti magistri G.
duximus apponendum. Datum anno domini. m°. cc°. lx°. primo. mense octobri. Littera Regis Na-
varre super quadam contencione inter nos et maiorem et scabinos communie melden.

sallius armigeri in domino salutem. Notum fieri volumus. quod vendicionem viarie. ac iusticie
foragii etiam. de soysiaco et de tiranon. tirianon et feodi de mucelone. ac feodi rogeri. de soy
siaco. iohannis et guillelmi de bina villa. insuper avene taxamenti in predictis villis. que omnia
dictus meus vir Giletus vendidit viris religiosis abbati et conventui sancte genouefe parisiensis. pro
ut in litteris predicti gileti mariti mei plenius continetur. concedimus volumus et approbamus. omnia et
singula predicta. eisdem religiosis admortizantes. promittentes bona fide. quod contra vendicionem
et admortizacionem huiusmodi. per nos vel per alium. racione dotis dotalicii. seu donacionis propter
nupcias. aut alio quoquo iure. non veniemus in futurum. Quod ut ratum et stabile per
maneat presentem litteram sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno domini
mo. cco. lxxo. quinto. mense augusto. littera iohannis et gileti de versalius super vendicione facta de soisiaco et de tanon

Omnibus presentes litteras inspecturis. Officialis curie parisiensis salutem in domino. Notum facimus quod aoust 1275 no. 5
coram nobis constituti Johannes de versaliis et giletus avunculus eiusdem iohannis armigeri. asse
ruerunt. quod ipsi habebant tenebant et possidebant. insimul et pro indiviso. iiij. modios et unum
sextarium avene annui redditus. ad mensuram taxamenti. super terris et masuris hospitum
religiosorum virorum. abbatis et conventus sancte genouefe parisiensis de soysiaco. Item viariam in villis de soy
siaco et de tanon et iusticiam in dictis villis viaria et territorio earumdem. moventem de domino sancte
genouefe et feodis inferius notatis. Item quoddam feodum. quod vocatur feodum de mucelone. quod
feodum. guillelmus de bina villa armiger. tenet a dictis iohanne et gileto et quod feodum iohannes de
eis tenet a predicto guillelmo de bina villa. Item aliud feodum. quod iohannes de bina villa. tenet a
predictis iohanne et gileto. videlicet octo sextaria avene taxamenti in villa de soisiaco et medie
tatem foragii in dictis villis de soysiaco et de tanon. Item quoddam feodum. quod tenet roge
rius de soisiaco. a predicto iohanne de versaliis. quod feodum consistit in sex sextariis avene. taxamen
ti ville de soisiaco et in medietate foragii de soisiaco et de tanon. et in duodecim arpentis
terre vel circiter. item in quodam servicio. quod impendere debet dictus rogerus. racione dicti
feodi. Item in decem solidis parisiensibus servicii et decem solidis de rachat. exigendis ab ipso. cum
casus acciderit secundum consuetudinem feodorum. Que predicta omnia et singula. movent et sunt.

in feodo et de feodo nobilium virorum domini Mathei Malliaci et domini Mathei domini Montismo-
renciaci ut dicebant. Quam iusticiam ut dictum est ac viariam dictarum villarum et dictos
quatuor modios et unum sextarium avene annui redditus de taxamento. ac predicta feoda.
sinon omne ius et dominium proprietatem possessionem et iusticiam. et specialiter iusticiam
sanguinis plage et latronis. et omnem aliam iusticiam altam et bassam. quam habe-
bant et habere poterant in dictis villis viaria et territorio earundem. omnia alia iura et actiones
reales et personales. et iusticias que sibi in predictis omnibus et singulis et occasione eorundem compe-
tebant et competere poterant modo et ratione quibuscumque. Recognoverunt et confessi sunt in
iure coram nobis dicti Iohannes et Giletus se vendidisse et nomine venditionis concessisse et
quitasse exnunc imperpetuum in manu mortua priori abbatis et conventui sancti Genovefe
Parisiensis et eorum monasterio habenda exnunc tenenda et possidenda. ab eisdem religiosis im-
perpetuum in manu mortua sine coactione vendendi distrahendi alienandi aut extra ma-
num suam ponendi per dictos dominos Malliaci et Montismorenciaci. ac quoslibet inferio-
res ipsorum. pro quadringentis libris parisiensium. iam eisdem Iohanni et Gileto traditis integre et
solutis in pecunia numerata. sicut in iure confessi sunt coram nobis. et de quibus se tenuerunt
integre et plenarie pro pagatis. Et renunciaverunt in hoc facto expresse exceptioni non
numerate dicte pecunie non habite et etiam non recepte. Quitantes ipsos abbatem et con-
ventum. de eadem pecunie quantitate penitus et expresse. Et promiserunt iidem Iohannes et Gi-
letus fide prestita corporali. quod contra venditionem concessionem et quitationem predictas iu-
re hereditario ratione conquestus. aut alio iure quocumque communi vel speciali per se vel
per alium seu alios non venient in futurum. Et quod viariam et iusticiam predictas
sanguinis plage et latronis in dictis villis de Soisiaco et de Canon. territorio et viaria ea-
rundem garantizabunt et liberabunt et quicquid habent in tota alta iusticia saltem
quo adiusserint. et dictos quatuor modios et unum sextarium avene taxamenti. ac dicta feoda
cum pertinenciis et appendiciis eorundem garantizabunt et liberabunt. dictis abbati et conventui
et eorum monasterio in manu mortua. sine coactione vendendi distrahendi alienandi. aut
extra manum suam ponendi. per dictos dominos Malliaci et Montismorenciaci. aut quosli-
bet inferiores ipsorum imperpetuum quociensumque opus fuerit suis propriis sumptibus. ad
usus et consuetudines Francie contra omnes. Cedentes et transferentes exnunc penitus in dictos
abbatem et conventum et eorum monasterium omnia iura. et omnes actiones. que sibi in predictis
dictis omnibus et singulis et occasione eorundem competebant et competere poterant et debebant
[illegible] sibi vel heredibus aut successoribus suis in eisdem decetero retinendo.

promittentes insuper dicti venditores sub dicta fide se reddituros et soluturos insolidum predictis abbati et conventui omnia dampna et expensas et interesse, que et quas et quod dicti abbas et conventus facerent vel incurrerent si predicta venditio in toto vel in parte retracta fuerit ab aliquo vel evicta. Credendo super hujusmodi dampnis et expensis ac interesse predictis simplici juramento procuratoris dictorum abbatis et conventus absque alia probatione. Et pro predictis omnibus et singulis faciendis tenendis et observandis dicti venditores obligaverunt insolidum se in judicio coram nobis predictis abbati et conventui et heredes ac successores suos insolidum et omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura. Renunciantes in hoc facto expresse per fidem insolidum exceptioni doli mali, actioni in factum, et ne possint imposterum allegare se in contractu hujusmodi ultra dimidiam justi precii fore deceptos vel in aliquo circumventos, beneficio divisionis et restitutionis in integrum, et omnibus aliis exceptionibus et defensionibus juris et facti canonici et civilis que ipsis venditoribus possent prodesse et dictis abbati et conventui obesse. Jurisdictioni parisiensis curie se quantum ad hec insolidum supponentes, ubicumque se duxerint transferendos. In cujus rei testimonium sigillum curie parisiensis una cum sigillis dictorum Johannis et Guileti, que dicebant esse sua, presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno domini m° cc° lxx° quinto mense augusto.

Littera Agnetis relicte defuncti Johannis Sarraceni de quadraginta solidis parisiensibus pro pitancia

Janvier 1275

+ Philippus dei gratia Francorum rex. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod cum Agnes relicta defuncti Johannis Sarraceni quondam cambellani nostri dederit et concesserit sicut intelleximus abbati et conventui sancte Genovefe parisiensis pro anniversariis ipsius et dicti defuncti Johannis mariti sui in eorum monasterio faciendis diebus obituum eorum pro pitancia quadraginta solidos parisienses annui redditus de summa centum viginti et octo librarum parisiensium quas ipsa percipiebat annuatim super burgencia parisiensi, habendos et percipiendos a dictis abbate et conventu in festo purificationis beate Marie virginis annuatim. Nos donationem et concessionem predictas quantum in nobis est ratas habentes volumus et concedimus quod dicti abbas et conventus dictos quadraginta solidos annui redditus super dicta burgencia ut dictum est habeant et percipiant sine coactione aliqua vendendi vel extra manum suam ponendi, salvo in aliis jure nostro et jure etiam in omnibus alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum parisius anno domini m° cc° lxx° quinto mense januario.

Littera domini Petri de Villaribus Eigaudi super venditione feodi apud Chanteuinum.

Janvier 1275

· Omnibus presentes litteras inspecturis officialis curie meldensis salutem in domino. Notum facimus quod coram nobis propter hoc personaliter constitutus dominus Petrus de Villari Eigaudi meldensis diocesis miles nostram quo ad infrascripta approbans jurisdictionem asseruit et recognovit in jure quod nobis

lis mulier. domina ermenjardis de [illegible] vidua tenebat et possidebat inmediate in feodum a dicto petro hereditario iure. [illegible] petri res inferius designatas. apud congiacum eiusdem diocesis et in territorio seu confinio eiusdem ville constitutas. de quibus ipsa ermenjardis erat in homagium dicti petri. videlicet octavam partem censuum de ratines valencium sexaginta et quatuor decim solidos turonensium. Item corueiay octavam partem que valet quatuor solidos et dimidium annuatim. Item octavam partem in campipartibus de ratines que valet quatuor sextaria. Item in masura et dimidia que fuit defuncti guillelmi de chemino et in dimidia masura sita iuxta tres capones tres foacias et triginta tres denarios annui censuus medietate in festo beati remigii et aliam medietatem in nativitate domini. Item in duabus masuris legale mensuram domina et capitulum melden. medietate ad medietatem. caponem et dimidium foaciam et dimidiam. tres minellos avene. decem et octo denarios annui censuus reddendos ad nativitatem domini et ad festum beati remigii. Item in masura que fuit britaudi in masura que fuit mathei longi ensis in masura que fuit dicti regis in masura que fuit mariote et in masura buisson quartam partem quod totum valet sex denarios. Item ad vastam esmarlez arpentum et dimidium terre. Item desuper blancam fossam duo arpenta. Item desuper ulmellum arpentum et dimidium. Item iuxta molendinum de barris unum arpentum. Item in ardillieres unum arpentum. Item ou lescheroi unum arpentum prati contiguum prato domini decani. Item in pratis longuerez in duobus locis unum quarterium quod partitur cum dominis de ratines. Item in alto in pratis longuerez dimidium arpentum contiguum prato templi ex una parte. Item desuper quandam viam. dimidium arpentum prati contiguum prato domini decani. Item ad locum dictum auvueil de pele quarterium et dimidium quod partitur cum domino melden. episcopo. Item in territoriis de chaucommino. et de novo monasterio predicte diocesis melden. centum viginti octo arpenta terrarum arabilium. Recognovit etiam dictus miles se omnia predicta tenere in retrofeodum a religiosis et honestis viris abbate et conventu monasterii sancte genovefe parisiensis. Qui siquidem petrus miles coram nobis recognovit et confessus est in forma iuris se ad perpetuitatem bonefidei contractus causa vendidisse et venditionis pure titulo imperpetuum concessisse remisisse et prorsus quitavisse prefatis abbati et conventui monasterii sancte genovefe predicte et eorum successoribus et monasterio pro precio quinquaginta librarum parisiensium ipsi venditori quitarum. et a dictis religiosis in numerata pecunia solutarum

exceptioni non numerate non solute et non recepte pecunie omnino renunciantes. fide data in manu nostra. et quittantes dictos religiosos de eodem precio. Item iuris feodi vel retrofeodi dominii relevamenti. redemptionis sive racheti servicii seu alterius cuiusvis dictus habebat et habere poterat et debebat in rebus omnibus et singulis supradictis necnon et in omnibus aliis et singulis rebus quas dicta Ermeniardis tenebat in feodum a dicto petro in villis de Congiaco, de Chauconnino, de Novo Monasterio et in territoriis earumdem. Nichil sibi aut suis heredibus vel successoribus retinens imposterum in eisdem. Sed omne ius dominium. possessionem proprietatem et actionem que ipsi petro competebant et competere poterant et debebant in dictis rebus seu aliqua earum iure feodali vel retrofeodali. seu quoquo alio iure. cessit et remisit ipsis religiosis et transtulit penitus in eosdem. Et promisit fide prestita se venditionem et quittationem huiusmodi imperpetuum firmiter servaturum. et non contraventurum. per se vel per alium in futurum. iure hereditario. aut alio quoquo iure. Immo se eisdem religiosis. et eorum successoribus in dicto monasterio rectam contra omnes garandiam penitus portaturum. Ad hec domina maria uxor dicti petri. coram mandato nostro iurato ad hec et consimilia a nobis deputato cui fidem adhibemus pleniorem. et Symon filius eorumdem petri et marie coram nobis propter hoc constituti venditionem concessionem quittationem solutionem cessionem remissionem et translationem huiusmodi prudentes et scientes sponte sua non vi non dolo non metu. ad hoc inducti. sed ex certa sciencia libero que motu. dicto petro eius viro super hiis auctoritatem prestante. laudaverunt concesserunt. acceptas que habuerunt et quod contra non venient iure hereditario. ratione dotalicii donationis propter nupcias aut quoquo alio iure fidem videlicet dicta uxor in manu dicti mandati nostri. et dictus filius in manu nostra corporaliter prestiterunt. pro quibus omnibus et singulis supradictis firmiter tenendis et adimplendis obligarunt se tam dictus petrus. quam eius uxor et filius insolidum heredes suos bona sua et heredum suorum omnia mobilia immobilia presentia et futura. ubicumque inventa fuerint. et ea omnia ipsis Religiosis et eorum monasterio reliquerunt specialiter obligata. Renunciantes in hoc facto per fidem. exceptioni doli vel rei ita non geste. omni statuto et consuetudini. fori privilegio. et crucis indulto et indulgendo beneficio divisionis. beneficio restitutionis in integrum. iuri dicenti. omni iuri in favorem mulierum introducto. beneficio senatus consulti velleyani macedoniani. exceptioni per quam subvenitur deceptis ultra dimidium iusti precii. omni fraudi circumventioni. omni iuris auxilio canonici et civilis et omnibus aliis exceptionibus que possent obici contra hoc instrumentum

sive scriptum. non obstante iure dicente generalem renunciationem non valere. iurisdictioni nostre se quantum
ad hec omnia ubicumque maneant submittendo. In quorum testimonium sigillum dicte curie ad
dictorum petri et eius filii instanciam et relationem dicti mandati nostri qui ad dictam mariam no
bis viua voce testum duximus presentibus apponendum. Datum anno domini m° cc° lxx° v° mense ianuario.

Littera domini petri de villaribus rigaudi de feodo supradicto.

Janvier 1275 Ego petrus de villaribus rigaudi meldensis dyocesis miles. Notum facio omnibus presentes litteras
inspecturis et audituris. quod cum nobilis mulier domina ermenjardis de montelaco vidua
teneret et possideret. a me immediate in feodum ex hereditate mea res inferius designatas.
apud congiacum predicte dyocesis et in territorio seu continio eiusdem ville constitutas. de quibus ipsa
erat in homagium meum. videlicet octauam partem. censuum de Ratines valencium
sexaginta et quatuordecim solidos turonensium. Item corueiarum octauam partem. que valet quatuor
solidos et dimidium annuatim. Item partem octauam in campipartibus de Ratines que ua
let quatuor sextarios. Item in masura et dimidia. que fuit defuncti guillelmi de chemino et in dimi
dia masura sita iuxta. tres capones tres fuacias et triginta tres denarios annui census. me
dietatem in festo beati remigii. et aliam medietatem in natiuitate domini. Item in duabus masu
ris legitile. inter decanum dominarum et capitulum meldense. medietate ad medietatem caponem et
dimidium fuaciam et dimidiam et tres minellos auene et decem et octo denarios annui
census reddendos ad natiuitatem domini et ad festum beati remigii. Item in masura que fuit beri
taudi. in masura que fuit marhei longi custos in masura que fuit dicti Regis. in masura que fuit
mariote et in masura buisson. quartam partem. quod totum valet sex denarios. Item ad bastam.
esmailes arpentum et dimidium terre. Item desuper blancam fossam. duo arpenta. Item desuper
tumellum arpentum et dimidium. Item iuxta molendinum de barris. unum arpentum. Item.
in ardillieres unum arpentum. Item oulescheroi unum arpentum prati. contiguum prato templi ex una
parte. Item desuper grandem viam dimidium arpentum prati contiguum prato domini de tyra. Item au
rruell de perele quarterium et dimidium quod partitur cum episcopo meldensi. Item in territoriis de chan
connico et de nouo monasterio predicte meldensis dyocesis. circiter viginti octo arpenta terrarum arabi
lium. que omnia et singula predicta tenebam in retrofeodum. a religiosis viris et honestis abbate et con
uentu monasterii sancte genouefe parisiensis. Ego sponte mea. quicquid iuris feodi retrofeodi. domi
nii. releuamenti. redemptionis siue rachati seruicii seu alterius cuiusuis rei habebam et habere poteram
et debebam. quomodo libet in rebus omnibus et singulis predictis. sine non et in omnibus aliis et
singulis rebus. si quas dicta domina ermenjardis tenebat a me in feodum. in villis de congiaco

de chauconnino et novo monasterio et earum territoriis seu finagiis vendidi ad perpetuitatem causa
bone fidei contractus concessi quittavi et remisi pure venditionis titulo. concedo quitto et re
mitto predictis abbati et conventui eorum successoribus et monasterio. pro quinquaginta libris parisiensium mi
chi quittis et iam a dictis religiosis michi persolutis in numerata pecunia de quibus me teneo integre
pro pagato. Exceptioni non numerate non solute non recepte pecunie omnino renuntians et
quittans dictos religiosos et eorum monasterium de eisdem. Nichil ex retineo michi aut meis heredibus
sive successoribus in rebus venditis predictis. Sed omne ius dominium possessionem proprietatem et ac
tionem que michi competebant et competere poterant et debebant in predictis omnibus rebus seu aliqua
earum iure feodali seu retrofeodali sive quocumque alio iure cedo et remitto perpetuo predictis religio
sis ac prorsus transfero in eosdem. Promittens fide bona et per legitimam stipulationem me ven
ditionem et quittationem huiusmodi firmiter perpetuo servaturum. nec contraventurum per me vel
per alium in futurum. iure hereditario aut alio quocumque iure. Immo promitto me eisdem religiosis
et eorum successoribus in dicto monasterio super dicta venditione rectam contra omnes garandiam por
taturum. Ego siquidem Maria uxor predicti Petri venditionem concessionem quittationem
solutionem cessionem remissionem et translationem predictas prudens et sciens sponte mea non vi
non metu non dolo ad hoc inducta sed ex certa scientia volo laudo accepto et concedo et quod
in futurum non veniam contra ratione dotis dotalicii aut alio quocumque iure bona fide promitto
pro quibus omnibus et singulis supradictis tenendis firmiter et servandis. Nos dicti Petrus et Maria
obligamus nos insolidum heredes et successores nostros bona nostra heredum et successorum nostrorum omnia
mobilia inmobilia presentia et futura ubicumque posita fuerint et inventa et ea omnia reliquimus
specialiter obligata. Renunciantes in hoc facto exceptioni doli rei ita non geste fori privilegio et
crucis indulto et indulgendo omni fraudi deceptioni circumventioni omni iuri canonico et
civili. et omnibus aliis exceptionibus contra predicta facientibus que nobis in hoc facto possent pro
desse et dictis religiosis vel eorum successoribus obesse vel obesse. In quorum testimonium et munimen.
presentes litteras sigillis nostris propriis duximus roborandas. Datum anno domini millesimo ducentesimo lxx. quinto mense ianuarii.

Littera Iohannis carpentarii de Giffo de amodiatione de alta petra.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Officialis curie parisiensis salutem in domino. Notum facimus quod 1275
in nostra presentia constitutus Iohannes carpentarius de Giffo recognovit et confessus est in iure
coram nobis se recepisse a religiosis viris abbate et conventu sancte Genovefe parisiensis in mortem ad
firmam seu ad modiationem. usque ad novem annos ex nunc in antea continue computandos
omnes terras arabiles. prata census. redditus piscariam. et omne dominium. quos et quas et quod dicti.

Religiosi habent et habere poterunt quoquomodo apud compendium Parisiensis dyocesis, et territorio dicte ville
pro decem et octo sextariis bladi videlicet medietatem siliginis et medietatem avene quolibet
anno per dictum tempus ad mensuram de castroforti ut dicebat. et debet et tenetur dictus Johannes fir
mare. seu firmari facere firmum duce seu duci facere dictas terras et in dictis terris semel in firma du
rum dumtaxat suis sumptibus et expensis. Et promisit idem Johannes fide in manu nostra prestita
corporali dictam firmam seu dictos decem et octo sextarios bladi. medietatem siliginis et me
dietatem avene reddere et solvere predictis Religiosis. aut procuratori eorum seu eorum certo manda
to seu eciam presentes litteras deferenti ad festum omnium sanctorum quolibet anno ad mensuram
predictam. apud gistum. durante termino superius nominato. cum omnibus dampnis deperditis expensis
et misiis. que quod et quas dicti Religiosi facerent sive incurrerent si dictus Johannes deficeret in pre
missis. seu aliquo premissorum credendo super hiis simplici iuramento dictorum Religiosorum. absque alia
probatione. taxatione iudicis legitima precedente. obligans idem Johannes quantum ad hec eisdem Religiosis
se et heredes suos et omnia bona sua et heredum suorum mobilia et immobilia presencia et futura. et inci
piet prima solucio dictorum decem et octo sextariorum bladi die festi omnium sanctorum quod erit an
no domini m°. cc°. lxx° septimo. Renuncians in hoc facto. exceptioni doli. mali actioni in
factum. privilegio fori et crucis presentis copie instrumenti. peticioni libelli et omnibus aliis
exceptionibus iuris et facti. que contra presens instrumentum possent obici vel adduci. Se quan
tum ad hoc iurisdictioni parisiensis curie supponendo. Datum anno domini m°. cc°. lxx° quinto.
[illegible] die veneris post reminiscere. *littera magistri G. de masticone super emptione domus.*
Universis presentes litteras inspecturis Officialis curie parisiensis salutem in domino. *de porta sancti marcelli.*
Juillet Notum facimus quod in nostra presencia constitutus vir venerabilis magister Guillermus
1276 de masticone canonicus belvacensis. recognovit se emisse et titulo emptionis se recepisse et
tenere a viris Religiosis abbate et conventu sancte genovefe parisiensis in monte quandam domum
[illegible] sitam apud portam sancti marcelli parisiensis in censiva dictorum Religiosorum. ad sexdecim denarios
census annui capitalis. que quondam fuit Guilli episcopi aurel. de mocps magistri girardi
de corione quondam archidiaconi baiocensis cum pertinenciis dicte domus videlicet domus que fuit olim
Iohannis de dinande sita retro domum que quondam fuit emeline galearie onerata in qua
tuor denariis et obolo census annui capitalis. et dicta domo que quondam fuit ipsius
emeline galearie onerata in quatuordecim denariis capitalis census annuatim ipsis Re
ligiosis reddendis. que eciam domus quondam dicte emeline onerata est ut dicitur in
triginta solidis parisiensium augmentati census. pro ducentis et quadraginta libris par

dictis religiosis solutis et traditis in pecunia numerata prout frater Andreas concanonicus et procu-
rator ipsorum ad hoc constitutus in iure confessus est coram nobis sub modis et conditionibus
inferius annotatis. ita videlicet quod dicta domus vendi dari permutari non possit preter eun-
dem magistrum Guillermum dum modo dicti religiosi pro eodem precio quod alius dare vellet ve-
lint domum eandem. super quo precio idem magister eius heredes seu executores ad petitionem
ipsorum religiosorum tenentur fidem facere iuramento. Quod si dicti religiosi requisiti et
eisdem facta fide per iuramentum si voluerint sive oblata de precio quantum alius dare
vellet. dictam domum nollent retinere pro eodem precio quod alius plus offerens dare vel-
let extunc dictus magister G. et heredes sive executores possent et liberum esset eis dic-
tam domum cum pertinentiis suis dare vendere permutare seu transferre quocumque titulo quibus
vellent. Tenentur insuper idem magister Guillermus et promisit fide media dictam domum cum
supradictis pertinentiis in iudicio et extra defendere suis propriis sumptibus contra omnes. Et quantum
ad hoc dictus magister omnia bona sua mobilia et immobilia ecclesiastica et mundana ipsis religiosis
specialiter obligavit. Si autem contigerit quod dicta domus a dicto magistro G. esset empta predicti re-
ligiosi eidem magistro G. de emptione tenerentur et nomine emptionis predictas ducentas et quadra-
ginta libras par. reddere et restituere plene et integre prout procurator predictus nomine et vice ipsorum
religiosorum promisit et asseruit coram nobis et ob hoc predicti religiosi predicto magistro omnia bona sua ex-
presse obligaverunt. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum curie par. una cum
sigillo dicti magistri ad petitionem eiusdem duximus apponendum. Datum anno domini m°. cc°. se-
xto die veneris post octabas nativitatis beati Johannis baptiste. littera domini Natalis quondam presbiteri de ecclesia
Universis presentes litteras inspecturis. frater Arnulphus beate Genovefe par. abbas de media sue
totusque eiusdem ecclesie conventus salutem in domino sempiternam. Notum facimus quod nos de vo- 1275
luntate et assensu nostrum omnium concessimus et concedimus domino Natali quondam presbitero de eadem
quamdiu vixerit et moram fecerit in domo nostra victum suum satis sufficientem sicut uni de
nostris videlicet pane et vino et cibariis quibus utimur in communi et etiam quando sibi placuerit
morari seu moram facere in domo nostra de Espinolio sufficientem victum sicut priori sive
socio qui morabuntur in domo predicta. Et etiam promittimus obitum suum facere quando com-
pulerit necessitas viam universe carnis introire. et hec omnibus significamus. Datum an-
no domini m°. cc°. lxx° quinto die lune post dominicam qua cantatur reminiscere.
Universis presentes litteras inspecturis. littera de cen. capetra super amodiatione predicta.
frater Arnulphus beate Genovefe par. abbas. totusque eiusdem ecclesie conventus. salutem. 1275

in domino sempiternam. Notum facimus quod nos pensata utilitate ecclesie nostre de voluntate et as-
sensu omnium nostrorum tradidimus ad firmam Johanni carpentario totam terram nostram
cum proventibus eiusdem de Curti Petra usque ad novem annos continuos pro novem
sextariis bladi hibernagii cum totidem avene singulis annis nobis reddendis infra octa-
bas omnium sanctorum et incipiet prima solucio anno domini M° CC° LXX° septimo et peractis no-
vem annis ad nos sine contradictione aliqua predicta terra nostra. In cuius rei testimonium pre-
sentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno domini M° CC° LXX° quinto die
veneris ante oculi mei. Littera de donatione medietatis molendini de Esbleio facta magistro G. mati

avril 1276. Universis presentes litteras inspecturis. Arnulphus monasterii beate Genovefe Parisiensis conven.
in monte abbas. totusque eiusdem loci conventus humilis, eternam in domino salutem. Notum
facimus quod nos pensata utilitate monasterii nostri attendentes quod vir venerabilis magister
Guillelmus de Mastione archidiaconus Ambianensis nobis et ecclesie nostre nunc et in posterum potest
existere multipliciter fructuosus. eidem nobis promittenti dare consilium suum et auxilium
nobis et ecclesie nostre quando super hoc fuerit requisitus contra omnes preter regem et reginam. et ecclesias in quibus
beneficiatus est. dumtaxat exceptis. eidem de mera liberalitate damus et concedimus medieta-
tem molendini quod habemus apud Esbleyum. ab ipso quamdiu vixerit tantummodo tenendam
habendam et etiam possidendam. excepta iusticia. quam in eodem molendino retinemus. Ita
tamen quod dictus archidiaconus dictam medietatem tenere debeat in bono statu et reficere quociens-
cumque fuerit opportunum propriis expensis tam solum molendinum quam et esclusam et alia que ad id
pertinent pro parte nos contingente. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra
duximus apponenda. Datum anno domini M° CC° LXX° sexto mense aprili. Littera Rogeri de Boi-
ssiaco super acensatione terrarum suarum quas tenet a nobis apud Boyssiacum.

avril 1276 Universis presentes litteras inspecturis. frater Arnulphus beate Genovefe Parisiensis humilis abbas. to-
tusque eiusdem ecclesie conventus salutem in domino. Noveritis quod cum Rogerus de Boyssiaco cocus domini regis
Francie et Clarissa eius uxor tenerent a nobis ad campipartem et viginti septem de-
narios cum obolo reddituum annui pro corveiis terras arabiles sitas in territorio de Boyssi-
aco nos assensu unanimi pensata utilitate ecclesie nostre dictas terras inferius nominatas omnes
et singulas prefatis Rogero et eius uxori eorumque heredibus acensavimus et eas terras, scilicet quodlibet
arpentum pro duobus denariis parisiensibus censualis annui capitalis nobis tamquam dominis capitalibus in
festo sancti Remigii persolvendis quittas et liberas ab omnibus aliis costumis. redditibus, reden-
ciis, corveiis campipartibus et omnibus quibuslibet concessimus et concedimus dictis Rogero.

et ei uxori ex nunc perpetuo possidendas ab eis et heredibus suis successoribus eorundem omnem calum-
pniam per partem contencias et quaslibet consuetudines in quibus nobis pro dictis terris ante presencium litterarum
nostram confectionem tenebantur seu dicte terre erant nobis obligate penitus remittentes eisdem
retentis nobis iusticia et iure dominii capitali cum decima nobis debita in eisdem. Que quidem
terre tales sunt videlicet terra militum et arpentum quod fuit laurencii. et terra que
fuit stephani de boulia continentes quinque arpenta et unum quarterium et quinque kar-
rellos pro decem denariis et obolo et dimidia picta censibus capitalibus. Item duo arpenta et
dimidium quarterium et karrellus et dimidius sita in loco qui dicitur campus hermeri inter
terram poris de canon. et terram poris de soysiaco pro quatuor denariis cum picta. Item tria
quarteria et quinque quarrelli ad terram que fuit giloti antrougnons pro tribus obolis et
dimidia picta. Item duo arpenta et unum quarterium et tres karrelli ad terram super hatam
tenentem ad terram que fuit nicholai duete pro iiii^or denariis et obolo. Item ad terram que fuit
dicti labour-dine duo arpenta et tres karrelli et dimidius pro iiii^or denariis. Item ad terram que fuit procii
de stene. et poris de canon. arpentum et dimidium et dimidium quarterium cum novem karrellis
pro tribus denariis et obolo. Item ad culturam vivarii dimidium arpentum quod fuit clementis dicti
bele bouche pro uno denario. Item ad terram subtus vineam rogeri de soisi unum arpentum
et tria quarteria et octo karrelli pro tribus denariis et obolo et dimidia picta. Item ad terram de
cruce firchin tria arpenta et dimidium cum dimidio quarterio pro vii denariis et picta. Item
ad terram firchy tria quarteria et decem karrelli et dimidius pro tribus obolis. Item ad terram de
putheolis unum arpentum duobus karrellis et dimidio minus pro duobus denariis. Item ad terram que
fuit iohannis manasseri in sabulo tria arpenta et unum quarterium cum tribus karrellis pro sex de-
nariis et obolo. Item in terra iuxta pratum presbiteri de soisiaco arpentum et quarterium et dimi-
dium pro duobus denariis et obolo et una picta. Item in terra que fuit guerrini bele bou-
che tria arpenta et unum quarterium et karrellus et dimidius pro sex denariis et obolo. Item in
terra que fuit richardi de longo maresio arpentum et dimidium et decem karrelli et
dimidius pro tribus denariis et una picta. Item in cultura des fesses novem arpenta et xxx kar-
relli et dimidius pro decem et octo denariis et obolo. Item in terra que fuit hueti unum
arpentum pro duobus denariis. Item in terra que fuit andree tiesline et de gahe contigua terre
bartholomei comitis et terre marneriarum tria arpenta et dimidium quarterium pro sex denariis
et una picta. Item unum quarterium terre situm supra novam pirie pro uno obolo censuali
Et premissis assensu unanimi bona fide nos contra acensationem concessionem et tenemus.

sionem huiusmodi iure aliquo imposterum non ueniemus. nec in dictis terris sine super ipsas aliquid iuris
campipartis consuetudine corueie. uel alterius cuiuscumque. preterquam solummodo census capi
tales eis superius impositos reclamabimus in futurum. Saluo nobis nichilominus in dictis terris
omni alio iure dominij capitali. iusticia et decima ut superius est expressum. In quarum uero ascensa
tionis concessionis et remissionis predictarum recompensationem. dictus Rogerus et eius uxor nobis et ecclesie
nostre dederunt et penitus concesserunt et quitauerunt terras arabiles que sequuntur. sitas in domino
nostro et territorio de Bossiaco. decem arpenta sexdecim karrellos et dimidium continentes.
Videlicet duo arpenta et decem et octo karrellos que fuerunt milonis heudeberge et petri giron
di. Item apud marchesium de ulmis. sex arpenta et. xxx. karrellos. et dimidium. Item arpentum.
et dimidium. cum decem et octo karrellis. in magna cultura. de Galie. versus semitam cyricum.
Nec non et unum minotum auene annui redditus ad mensuram de malliaco. quem ipsi
rogerus et eius uxor percipiebant annuatim in grangia nostra de Galie. Item unum minotum
auene ad minam iustam annui redditus percipiendum super duabus peciis terre sitis inter
arpentum hueti et uetus monasterium. quas pecias iohannes de eis et domina petronilla decrapis
tenent. et etiam partem unius minoti auene. ad minam iustam. quam familia iohannis
de furno debent pro terra quam habent iuxta terram hueti. In cuius rei testimonium et cetera.
Datum anno domini m° cc° lxx° vj. mense apr. Littera magistri gaufridi buticularii. archidiaconi

Juillet 1270 Omnibus presentes litteras inspecturis. arnulphus beluacensis. super domo de claustro nostro ei data.
beate genouefe parisiensis abbas humilis. totusque eiusdem loci conuentus, eternam in domino salutem. Notum
facimus quod nos de communi assensu omnium nostrum. pensata utilitate ecclesie nostre. damus et con
cedimus magistro gaufrido buticulario. archidiacono beluacensi. quandam domum sitam in claustro
nostro ad elemosinam ecclesie nostre pertinentem. contiguam domui. que quondam fuit magistri ro
berti. de duaco clerici. ab eodem magistro gaufrido quamdiu uixerit tantummodo tenendam pos
sidendam et habendam. pro uiginti libris turonensium. ab ipso magistro. G. reddendis et soluendis sin
gulis annis elemosinario ecclesie nostre. qui pro tempore fuerit. quatuor terminis parisius consue
tis. Ita tamen quod ipse magister. G. promisit bona fide et sub ypotheca rerum suarum. quod dictam do
mum in eque bono statu. in quo modo est. uel etiam in meliori quamdiu uixerit tenebit. et
quod modo et forma predictis. infra talem terminum de assensu et consilio nostro. centum libras
parisiensium in meliorationem dicte domus implicabit. Voluit et et concessit. dictus magister. G. quod
dicta domus cum omnibus suis pertinentiis. et augmento ad nos et ecclesiam nostram. ad opus elemo
sine ecclesie nostre post ipsius decessum libere reuertatur. contradictione aliqua penitus non obstante

ad eo quod si defecerit in predictis vel aliquo predictorum, ratis manentibus pacto et conventione predictis, nos vel elemo
sinarius auctoritate nostra valeamus libere assignare ad domum predictam et eam in manu nostra tenere
donec de omnibus predictis nobis fuerit plenarie satisfactum. promittentes quod contra huiusmodi concessio
nem et donationem per nos vel per alios non veniemus in futurum, et ipsi eidem magistro G. dictam
domum garantizabimus pacifice et quiete. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigilla
nostra duximus apponenda. Datum anno domini .m°. cc°. lxx°. sexto. mense Julii. littera iohannis des
 super donatione .x. solidorum par. recipiendorum super domo que quondam fuit defuncti adenoti de leone.

Decembre 1272.

Universis presentes litteras inspecturis. Officialis curie parisiensis salutem in domino. Notum facimus quod in nostra presen
cia constituti. iohannes deus des civis parisiensis et ysabellis eius uxor. asseruerunt in iure coram nobis.
quod ipsi habebant et percipiebant ex conquestu dicte uxoris quinquaginta quinque solidos par. annui
incrementi census. super quadam domo sita par. ultra parvum pontem prope cuneum hamonis
in vico sancte genovefe contigua ex una parte domui defuncti iohannis fromond et ex altera

karis rene

domui de fin-no sancte genovefe par. in monte. in censiva sancte genovefe predicte. que domus
quondam fuit defuncti adenoti de leone ut dicebant. de quibus quinquaginta quinque solidis par.
incrementi census. recognoverunt et confessi sunt in iure coram nobis se dedisse et concessisse
se in puram et perpetuam elemosinam quitavisse. donatione facta inter vivos et sine spe
revocandi viris religiosis et honestis abbati et conventui sancte genovefe par. in monte.
et eorum successoribus decem solidos par. incrementi census habendos et percipiendos a pre
dictis religiosis. super domo predicta. quatuor terminis par. consuetis annuatim. promittentes
fide data in manu nostra. quod contra huiusmodi donationem concessionem et quitationem iure hereditario
ratione conquestus. dotis. doarii. donationis propter nuptias. aut alio quoquam iure communi vel
speciali. per se aut per alium non venient in futurum. Immo dictam donationem predictis religiosis.
ac eorum successoribus garantizabunt liberabunt et defendent in iudicio et extra iudicium.
quotienscumque opus fuerit imposterum contra omnes. In cuius rei testimonium ad petitionem
dictorum iohannis et ysabellis eius uxoris sigillum curie par. presentibus litteris duximus apponen
dum. Datum anno domini .m°. cc°. lxx°. secundo. die lune. ante natale domini.

novembre 1276

littera iohannis de broca. de duabus domibus sese attinentibus. in magno vico sancte genovefe.

Universis presentes litteras inspecturis et audituris. Arnulphus permissione divina. mona
sterii sancte genovefe in monte par. abbas. totusque conventus monasterii eiusdem. eternam in domino
salutem. Noveritis quod cum nos nomine nostro et ecclesie nostre pleno iure annuatim haberemus et
perciperemus super duabus domibus sese attinentibus iohannis de broca positis de chalastre. in censiva.

dictam mar-tem duoni. videlicet una magna et alia parva sitas paris. in censiva nostra in magno vico
prope ecclesiam nostram domum galteri thesaurarii trecensis et domum agnetis de magdo novem solidis
et dimidio capitalis census in festo beati Remigii. et quatuor libras et novem solidos paris. annui
incrementi census. videlicet super domo magna predicta septem solidos et decem denarios capitalis census
et quinque solidos incrementi census. et super dicta domo parva viginti denarios capitalis census. et
quatuor libras et quatuor solidos incrementi census. Et petrus de brocia pater dicti iohannis
curam. diligenciam. et labores exactissimos. erga negocia nostra. et ecclesie nostre expedienda adhibu
erit. et alias curialitates non modicas et servicia quamplurima nobis et ecclesie nostre fecerit. propter
quod nos nolentes existere immemores tanti beneficii. ab eodem petro accepti. ex certa sciencia.
et deliberato consilio. quatenus possemus eidem petro premissa remunerare. predictas domos cum earum perti
nenciis. ab annua prestatione dictarum quatuor librarum et novem solidorum paris. incrementi cen
sus predicti et petro exhoneravimus et exhoneramus ex nunc. et exhoneratas ac liberas habere ab e
adam prestatione voluimus et volumus insuper etiam monasterii nostri utilitate pensata sollempni
tate iuris super hoc observata. dictis novem solidis et dimidio paris. capitalis census. super eisdem
domibus. et earum pertinenciis dumtaxat exceptis. Quos novem solidos et dimidium paris.
capitalis census. cum omni iuri-sdi-ctione et dominio in eisdem domibus nobis et ecclesie nostre retinemus. Re
mittentes exnunc imposterum predicto Johanni filio dicti petri. et causam habituris ab ipso. omnem prestationem
et necessitatem prestandi seu solvendi nobis et ecclesie nostre dictas quatuor libras et novem solidos. dictum
Johannem filium dicti petri. et causam habituros ab ipso et domos predictas prout se comportant. ac bona
mobilia et inmobilia ipsorum petri et Johannis. ac successorum suorum. ab obligatione quacumque persona
li seu reali nobis et ecclesie nostre competenti in dictas quatuor libris et novem solidos incrementi cen
sus. affectuose et specialiter quittando et liberando. excepto capitali censu predicto. cum omni iuri-di
ctione iure et dominio supradictis. Cedentes et transferentes exnunc imposterum in eumdem iohannem et
causam habituros ab ipso. omne ius dominium et proprietatem possessionem et omnes actiones reales et per
sonales. utiles et directas. que nobis et ecclesie nostre competebant et competere poterant ratione quacumque
in dictas quatuor libris et novem solidis incrementi census et in dictis domibus. et earum pertinenciis
ratione dicti incrementi census. In cuius rei testimonium presentes litteras. dicto Johanni. sigillis
nostris dedimus sigillatas. Datum Anno Domini millesimo. ducentesimo septuagesimo sexto. mense novembri.

luca andree de vere elia de victu suo.

Juillet 1277. Omnibus presentes litteras inspecturis. Arnulphus Beate genovefe paris. in monte abbas. Totusque
eiusdem loci conventus humilem conventum in domino salutem. Noverint universi. quod consideratis servi

eius et curialitatibus nobis et ecclesie nostre factis, a dilecto nostro Andrea de Uere clerico, assensu unanimi eidem Andree clerico dedimus et concessimus, damus et concedimus, quamdiu vixerit, unum panem et dimidium conventualem qualibet die, quartam et dimidiam vini conventualis qualibet die, et tantum in aliis victualibus qualibet die quantum uni de canonicis nostris communiter in refectorio nostro contigerit ministrare, hoc excepto quod in quadragesima ante pascha uno pane conventuali cum omnibus aliis predictis contemptus erit Andreas antedictus. Que omnia idem Andreas per se vel per alium percipiet sive presens fuerit in ecclesia nostra sive absens, et ea promittimus ut dictum est eidem Andree ministrare. Dedimus etiam et concessimus eidem Andree facultatem manendi in habitu seculari infra muros ecclesie nostre in loco competenti sibi a nobis quando voluerit deputando, et ibidem domum sive cameram sumptibus ipsius Andree edificandam. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno Domini M°. CC°. LX° septimo mense iulio.

Littera domini Guillelmi de monte Fermolio militis et Agnetis uxoris eius de minuta decima de Boyssiaco. Decembre 124

+ Petrus Dei gratia Parisiensis episcopus omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire quod cum Guillermus de monte Fermel miles et Agnes uxor sua minutam decimam de Boyssiaco conferendam abbatie monialium sancti Anthonii prope Parisius in nostra manu resignassent et quicquid iuris se habere dicebant in illa decima omnino quitassent, nos intuitu caritatis et optentu religionis monialium predictarum de voluntate ipsius Guillelmi et Agnetis uxoris sue dicte abbatie sancti Anthonii ipsam minutam decimam de Boyssiaco concessimus habendam in perpetuum et pacifice possidendam. Adam vero de Domont miles et Theobaldus de Claciaco clericus, de quorum feodo ipsa minuta decima movebat, hanc donationem concesserunt et pactum habuerunt fide prestita promittentes quod nichil in illa decima de cetero reclamarent. Ne igitur memorata abbatia possit super hoc in posterum molestari, litteras istas conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Actum anno Domini M°. CC°. XI°. mense decembri.

Littera compositionis inter nos et capitulum sancti Antonii de decima antedicta.

Nos abbatissa et totum capitulum sancti Anthonii Parisiensis universis ad quos presentes littere pervenerint salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod querela que vertebatur inter nos ex una parte et abbatem et capitulum sancte Genovefe Parisiensis ex altera coram decano Meldensi et conindicibus suis a sede apostolica delegatis super minuta decima de Boyssiaco que a Guillelmo milite de monte Firmo et Agnete uxore eius devenerat ad nos amicabili compositione terminata est in hunc modum, quod nos quitavimus totum ius si quod nobis competebat in decima predicta abbati et canonicis sancte Genovefe perpetuo possidendum nomine ecclesie de Boyssiaco in cuius parrochia dicta decima continetur, renunciantes etiam expresse omnibus instrumentis que super dicta decima habebamus. Presbiter vero de Boyssiaco singulis an- 1258

mis in octabis penth(ecostes) reddet de fructibus eiusdem decime nob(is) .xv. s(olidos) par(isienses) ap(u)d sanctum Anthoni-
um. Alioquin infra octo dies sequentes abbas et canonici s(an)c(t)e Genouefe nob(is) dec(em) .xv. solidos par(isienses)
ap(u)d s(an)c(tu)m Antonium reddere tenerentur. Et ad hanc compositionem fideliter servandam nos a-
strinximus ad inuicem sub pena decem librarum. Quod non valeat obliuione deleri, presentes
litteras fecimus fieri et sigilli n(ost)ri munimine roborari. Act(um) anno d(omi)ni .m. .cc. .lxviij.

Littera ph(ilipp)i de Brunayo armigeri et domicelle Mabilie sup(er) venditione nemoris de Mintreyo.

c.lxxxiiij. 1277 Omnibus presentes litteras inspecturis. officialis cur(ie) par(isiensis) salutem in d(omi)no. Notum facimus q(uod) in n(ost)ra
presencia constituti Philippus d(omi)n(u)s de Brunayo armiger et domicella Mabilia ei(us) ux(or)
confessi sunt coram nob(is) se vendidisse et imp(er)petuum venditionis nomine quitauisse religi-
osis viris abbati et conuentui s(an)c(t)e Genouefe par(isiensis) pro trecentis et triginta libris par(isiensibus) eisd(em) venditoribus
solutis et traditis in pecunia numerata. ut ipsi venditores confessi sunt coram nob(is). exceptioni non
numerate pecunie non habite et non recepte renunciando penitus et per fidem. quoddam nemus
q(uo)d vocatur nemus de Mintreyo. cum fundo ipsius nemoris et omnibus et singulis ei(us)d(em) nemoris per-
tinenciis et appendiciis. prout se comportat in longitudine et latitudine. quod nemus protenditur
ut dicebant a nemore b(eat)e Genouefe de Mintreyo usque ad nemus abb(at)is de Caluns. et a nemore
abb(at)is de Caluns usque ad essartos b(eat)e Gen(ouefe). et ab ipsis essartis usque ad viam de la Touche. et
ab illa via prout protenditur directe. iuxta nemus d(omi)ne Clemencie de Molendinis usque ad fini-
tatem vie de Querreu. et ab ipsa via prout protenditur et se comportat secundum marchesios in
mellos. usque ad exitum vie bestiarum. liberum et immune ab omni seruitute vsuario rede-
